UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

Reisch, Gregor

Basilee, 1517

VD16 R 1040

Octauus Naturalis philosophie principia/ a diuersis diuerse quidem enumerata concorditer declarat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30660

Visual Library



## Liber VIII de principijs rerum natura/lium. De laudibus philoſophie naturalis ꝛ ordine tradendi eandē. Capitulū I Diſci.

Continuatio p̄cedentiū.

Aliquot iam lucubrationibus que tradidiſti artiū rudimē/ta indefeſſo labore apud me reuolui: ꝛ in quem finem ipſarum tenderet cognitio anxius perquirēs/tandem in eam quātoti operi p̄miſiſti philoſophie partitionē diligētius oculos conieci. Et p̄ter has triuiales ꝛ quadruuiales diſciplinas/partē philoſophie que de totius ſingularūq; partiū mundi naturis ꝛ origine diſſerit conſpiciēs: memini q̄ꝺ dudū a te audiuerā: artes liberales nō ꝓpter ſe/ ſed vt adminiculatiuas in hāc que de naturis rerū ceteraſq; p̄hie altiores diſciplinas addiſcēdas eſſe. Harū itaq; principia iamiā in mediū ferri p̄miſſoꝝ ordo expoſtulat. Primū autē de naturis rerū: poſteriꝰ vero de moralibus ꝛ theologicis tractandū cenſeo: ꝛ id quātotius ſuccincto familiariq; ſermone fieri vehementer exopto. Magiſter. Partē p̄hie que rerū naturaliū principia ptractat a nullo vnq̄ꝫ docto viro neglectā: verū etiā ab indis/arabibus/ egyptijs grecis ꝛ latinis diuerſarūq; religionū ꝓfeſſoribꝰ ſūmis laboribꝰ conq̄ſitā manifeſtū eſt: a paucis x̄o (aut vt veriꝰ loq̄r) a nullis ſꝫm p̄ciſionē inuētā facile crediderim. Totius equidē vniuerſitatis entiū ſingulorūq; naturas/principia ꝛ cauſas inueniſſe quis ſe iactabit? Cū vero nec tu hanc p̄ciſionē/ ſed breuem apertūq; ſermonē expoſtulas: tuū percupidū ſciendi animū ſi nō cibo ſolido/ lacte tñ vt tantille etati congruit paſcā: ꝛ de theſauris philoſophoꝝ que viſa fuerint magis neceſſaria in mediū proferā. Diſci. Et ego quia difficillima ſunt hec cognitu/aures diligētiſſimas accōmodabo: vt ne verbū quidē dicas q̄ꝺ nō alta mente recondam. Magiſter. Nec te diligentius auſcultaſſe aliq̄ñ

Ariſtoteles

penitebit: nam cognitis principijs rerū: nō obſtabit quo minus res ipſas, ſuo modo cognoſcas. Tunc enī (inquit Ariſto. j. phyſicoꝝ) arbitramur vnūq̄ꝺq; ſcire/cum cauſas eius cognoſcimus primas: ꝛ principia prima vſq; ad elemēta. Plerūq; tñ ꝑ effectus ad cauſarū noticiā deuenimus. Innata equidem eſt via nobis ꝓcedēdi a nobis notioribꝰ (q̄ ſunt effectus) ad notiora nature (que ſunt cauſe ꝛ principia.) Hunc igit ordinē alternatim cōmutabimus: ꝛ nūc per principia cauſas ꝛ effectus/nunc autē per effectus ſenſibiles principia ꝛ cauſas manifeſtare contēdemus: ab vniuerſalioribus ad particularia deſcendētes. Nam ꝛ illa quoq; nobis prius innoteſcunt. q̄ꝺ in pueris liquet: qui primū omnes viros patres/ꝛ mulieres matres appellāt: poſtea x̄o vnūquodq; ſpecialius determinātes/hunc patrē ꝛ hanc matrē dicunt. Diſcipulus. Pretermiſſis itaq; longioribus ambagibꝰ/ hac via rem ipſam aggredere.

## De Opinionibus philoſophorū circa re/rū prima principia. Capi. II Magiſter.

Opiniones de mundo.

Hunc quem inhabitamus viſibilē mundū/quidā philoſophorū ſemꝑ fuiſſe ꝛ fore aſtruunt: vt ſunt peripatetici. quorū princeps Ariſtoteles fuiſſe legitur. Quidam ipſum non ſemper fuiſſe/ ſed gentium et nunq̄ꝫ deſinere affirmant: vt Academici: quibus Plato p̄erat. Sequentium

autem multi ipm ꝛ incepiſſe ꝛ interiturū ſcripſerūt. vt Stoici Trimegiſtus ꝛ
Sibylle. Rurſus quidā vnū tm̄/ vt Pythagoras: quidā innumerabiles mū
dos ꝛ gigni ꝛ diſſolui ꝑdicabant: vt Democritus ꝛ Anaximāder. Nec ſolum Opiniones
de mundi duratione ꝛ vnitate: verūetiam de ipſius ꝛ ſingularum rerum in eo de materia
contentarū principijs diuerſa ſenſere. Nam vt refert Auguſtinus. 8. libro de Auguſtinus
ciui. dei ca. 2. Thales Mileſius vnus illorū ſeptem qui ſapientes appellati
ſunt: aquā putauit rerum eſſe principium: ꝛ hinc omnia elemēta mūdi/ ipmqꝫ
mundū ꝛ que in eo gignunt̄ exiſtere. Anaximander eius auditor! ſingularum
rerum principia credidit infinita. Anaximenes xo quē diſcipulū reliquit: om
niū rerum cauſas infinito aeri dedit. Cui ſuccedens Anaxagoras dixit ex infi
nita materia/ que conſtaret diſſimilibus inter ſe particulis/ rerum omniū ge
nera pro modulis ꝛ ſpeciebus proprijs ſingula fieri. Diogenes quoqꝫ alter
Anaximenis auditor: aerem/ diuine tn̄ rationis compotē/ rerū eſſe materiam
opinatus eſt. Archilaus qui Anaxagore ſucceſſit/ in materia rerum a magi-
ſtro ſuo non diſceſſit. Archilaum Socrates audiuit. Hic primus vniuerſam Socrates
philoſophiā ad corrigendos/ componēdoſqꝫ mores inflexiſſe memorat̄. Sed Plato
diſcipulū reliquit platonē: qui omniū materiā ſpeciem inuiſibilem: ſinum in-
formem/ potentiā/ naturam/ matrē mundi/ nutricem formarū/ ſubiectū/ rece- Ariſtoteles
ptaculū/ infinitudinē/ ſiluam/ hylen ꝛ originem noiabat. Huic ſuccedens Ari
ſtoteles: qui nō modo memoratos/ ſed etiam Pythagorā: materiam numeris
maxime autem dualitati aſſimilantē: ꝛ Empedoclē qui omnia ex quatuor ele
mentis: Zenonē ſtoicum: qui ignis ſubſtantiā ꝑ aera in aquā conuerſam: ꝛ in
eo queadmodū ſemē in fetu contentā/ a qua cetera poſt hac gignerent̄ aſſere-
bat: ſimiliter ꝛ Epicureos ſingula ex athomis aſſeuerātes/ refellit: ſed forte
(vt multis viſum eſt) non tam ſcite ꝙ arroganter: non in re ipſa/ ſed verborū
cortice quoſdā ex iam dictis philoſophis carpit. Heraclytus autem materia
le principiū/ qd̓ Thales aquā dixit/ mare nominauit. Diſci. Num autē qui
in materiali principio diſcutiūt in effectiuo cōcordant? Magiſter. Fortaſ- Opiniones
ſe re ipſa/ ꝛ ſi nō nomine: nam Thales mundū dei facturā ꝛ deum antiquiſſi- de pncipio
mū dicebat. Hunc Stoici verbum/ mentē ſiue iouem nomināt. Pythagoras effectiuo
monadē. Anaxagoras diuinū animū. Diogenes diuinā rationē. Archilaus
mentē. Plato conditorū intellectū ꝛ patrē deum. Alij primā cauſam: aliqui
primā intelligentiā. Ariſtoteles autem principē: primū motorē ꝛ gubernato-
rem omniū appellat: ſed nuſꝙ ab eo mundū factū concedit: qm̄ eū primo mo-
tori coeternum credidit: Preter hos autem fuere alij ꝙplures: quo poſitiōes
tanꝙ obſcuriores ſilentio trāſimus. Diſci. Sed qui nā illoꝝ veritati magis
appropinquauerūt? Magi. Id facile videbimus ſi prius Moſen ꝓphetam
theologū ſimul ꝛ philoſophū de hac re audierimꝰ. Diſci. Quid hic ait?

## Poſitio Moſi de rerum principijs ꝛ ori- gine. Capitulum. III Magiſter.

MOſes eruditus in omni ſapientia egyptiorum: vt ait Ambroſius: Moſes phus
nō tamē in ꝑſuaſione humane ſapientie: nec in philoſophie ſimu- ꝛ theologus.
latorijs diſputationibus/ ſed in oſtenſione ſpiritus et veritatis Ambro. li. j.
tanꝙ teſtis diuini operis auſus eſt dicere: In principio creauit deus ce- hexa. c. ij.
lum et terram. Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre erant ſuper Geneſis. I.

faciem abyſſi: ꝛ ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Quid hac aſſertione ve-
rius quã ſpũs veritatis edocuit? In principio inquit deus omniũ conditor
Pſ.148. creauit. i. de/vel poſt nihil in eſſe ꝓdire iuſſit (nam dixit ꝛ facta ſunt) celũ ſcꝫ
empyreũ qđ mox creatũ/angelis eſt repletũ: ꝛ terrã/hoc eſt materiã omniũ.
Sed qualis hec fuerit oſtendit dicẽs: Terra aũt erat inanis ꝛ vacua: vel vt
alia habet trãſlatio: inuiſibilis ꝛ incõpoſita. Nõ erat enĩ hec p̃ma omniũ ma
teries/formis ſaltẽ completis ꝛ ſpecificis diſtincta: ſed confuſa ꝛ talibus pri-
Hieronymus. uata. Unde ſubdit: ꝛ tenebre. i. formaꝝ priuationes erãt ſuꝑ faciẽ abyſſi: hoc
eſt materie confuſe. Nam vt teſtaꝶ ſanctus Hieronymus ſuꝑ epiſtolã ad He-
breos: informẽ ꝛ p̃iacentẽ materiã/quã greci hylen chaoſqꝫ vocauerũt. Mo-
ſes abyſſum dicit. Suꝑ faciẽ aũt dixit/ꝛ nõ in abyſſo: priuatio equidẽ nõ eſt
de materie ſubſtantia vel eidem intima: cũ ſit nihil. Materia vero illa et ſi ꝓ
Auguſtinus pe nihil: nõ tamen/vt Augꝰ ait libro confeſ. xij. omnino nihil erat: ideo ꝛ de
ea dictũ eſt: deus creauit terrã. De priuationibꝰ aũt quas ꝑ tenebras intelligi
mus: nõ diciꝶ create ſunt/ſed erãt. Sequiꝶ: ꝛ ſpũs dñi ferebaꝶ ſuꝑ aquas. qđ
ſupra terrã inanẽ ꝛ vacuã/ſimiliter ꝛ abyſſum dixit: hic aquã appellat. Inſu
per ꝛ in eodẽ verboꝝ contextu Moſes totius vniuerſi vnitrinũ effectiuũ p̃nci
piũ inſinuat. Patrem/cum ait: deus. Filiũ/cũ dicit in principio (chriſtus enĩ
Ioh.8.d in euangelio ſe principiũ nominauit dicens: Ego ſum principiũ qui ꝛ loquor
vobis) Spiritũ ſanctũ: cũ ſubiũgit: ꝛ ſpũs dñi ferebaꝶ ſuꝑ aquas. Idem etiã
Pſ.32. regius ꝓpheta his verbis enũciat: Verbo dñi celi firmati ſunt: ꝛ ſpiritu oris
eius omnis virtus eoꝝ. Audiamus qđ ſequitur. Dixit quoqꝫ deus/fiat lux. i.
forma: que tenebras/hoc eſt priuationes expellat: ꝛ facta eſt lux: quia dictum
impleuit effectus. Et vidit deus lucem ꝙ eſſet bona: nõ eſſentialiter/ſed par
ticipatiue: omnia enĩ bonitate creatoris participãt: cuius vt exemplata exẽ-
plaris imaginẽ gerunt. Et diuiſit lucẽ a tenebris: nõ enĩ ſimul eſſe poſſunt for
ma ꝛ eius priuatio. Appellauitqꝫ lucem diem: id eſt compoſitum/quod a for
ma denominationẽ accipit: ꝛ tenebras noctem. id eſt materiam priuationibꝰ
formarum obfuſcatam. Factũqꝫ eſt veſpe ꝛ mane: id eſt ex potẽtia ꝛ actu/ma-
teria ſcꝫ ꝛ forma. Dies nõ primus: quia ibi ordo nõ attendiꝶ: ſed vnus: id eſt
compoſitũ qđ per ſe vnitas neceſſario comitaꝶ. Ex his autẽ que ſequunꝶ in li
bro Geneſeos elementoꝝ diſtinctio/natura ꝛ ordo colligitur: ꝛ ex his mixtoꝝ
origines (quas ſextuplici differẽtia poſt hec enodabimus) nõ ſine velamine
Cõtra oſores inſinuanꝶ. De quibꝰ ad preſens pro epitomatis noſtri lege ſilentiũ exiſtimo-
ne in igne reprehenſionis incaleſcãt fortius qui etiam dicta calumniari haud
deſinent. Tũ quia expoſitio nõ ſingulis eo locutionis genere quo nutriti ſunt
videatur appropriate conuenire. Tum etiã quia ſacroꝝ eloquioꝝ ſententias
myſtico ſenſu pregnantes/philoſophicis narrationibus immiſcuerim: q̃bus
Auguſtinus non ego/ſed diuus Auguſtinus in. xij. confeſſionũ libro ac deinceps ſatiſfa-
ciet. Ad reliqua pergamus.

## De concordia dictarum opinionum.
## Capitulum IIII Diſcipulus

Opinionum concordia AD que pergis? Magi. Ad concordandas p̃memoratas phoꝝ de re-
rum principijs ſentẽtias. Non enĩ ideo exiſtimãdi ſunt inter ſe phi
contrarij in materiali rerũ principio: quia legimus materiã omnium
ab alijs ignem/aerem/aquã/chaos/infinitudinẽ/ſinum informẽ ꝛ ceteris que

cõmemorata ſunt noĩbus appellatã:cũ ⁊ ipſam a diuino philoſopho nũc terram inanẽ/nunc abyſſum/nunc vero aquã ꝯſtet eſſe nũcupatã:que eñ ĩ potẽtia erat ad oĩm formas/nimirũ ſingulorꝫ noĩbus potuit noĩari. Conuenientius aũt in his q̃bus informitatẽ/ꝯfuſionẽ/aut fluxibilitatẽ ipſius intelligimus:vt ſunt terra inanis/abyſſus et aqua:que Moſes commemorat. Quid eñ terra inani (que et elementorũ infimũ et fex cenſet) difformius? Quid abyſſo infinita ꝯfuſius? Quid deniqꝫ aq̃s oculo corporali videt fluxibilius? Et rurſus terra dicit:qꝛ materia dat forme fixionẽ. Abyſſus:qꝛ recipit a forma diſtinctionẽ. Aqua vero:quia ad formã appetitũ habet:et continuã fluxibilemqꝫ tendentiã. Nec in effectiuo principio diuerſitas noĩm opinionũ arguit diuerſitatẽ:ſed hoc:alius diuinũ intellectum/alius diuinã mentem: ali⁹ ꝯditorem intellectũ:alius primã cauſam:et ſi que ſunt talia noĩnant: Moſes aũt et Johannes euangeliſta principiũ/deum ſpiritũ/verbum/alpha et o:et innumeris alijs noĩbus appellant:vt inſinuarent ipm innoĩabile: et nõ modo noĩa que ab intellectu imponunt/verũetiam intellectũ et omne quod nominari põt longe ſupergredi. de q̃bus hic nõ eſt diſſerendi locus. Ad ꝓpoſitum redeamus. At vero formale rerꝫ principiũ/quod Moſes lucẽ appellare voluit:plato et ariſtoteles actũ/ formã/ ſpeciem nominabant: nec alij tale principiũ negauere:qui ex vna materia ſingula ꝯſtitui aſſerebant. Non enim ſunt ſingula:niſi qꝛ ſingulis formis actuata ſunt et diſcreta: que in materia erant ꝯfuſa. Illud aũt quod Moſes tenebras/ Ariſtoteles vero priuationẽ dixit:alij expreſſo vocabulo deſignare non curauerunt: eo ꝙ eſſentialem rei cõpoſitionẽ minime ingrediat:neceſſariũ tñ eſt:niſi eñ materia careret forma/ipſam nõ appeteret: nec pro eiuſdem introductione agens motũ concitaret. non eñ que habemus/ſed q̃bus caremus appetimus:et vt ea habeamus diuerſis motibus vtimur.

*Materia plurium nominibus appellata. Augustinus*

*Aug. li. ſoliloquiorꝫ. c. 31.*

*Apocal. 1.*

## Epilogus dictorum numerũ et conditiones principiorũ enumerans. Ca. V. Diſ.

DUo itaqꝫ principia rerum aſtruis:materiam et formam: e quibus tota earundem ſubſtantia intrinſeca cõpoſitione ꝯſiſtit:quorũ primũ nõ per agens creatũ/ ſed verbo creatoris exordiũ ſumpſiſſe teſtaris:alterum vero dicis motu interueniente per actionẽ nature de potẽtia materie educi. Priuationẽ autem vt motus fiat/ ais neceſſario concurrere: ſubſtantiã tamen compoſiti minime ingredi:cum nihil ſit. Magi. Scite ex dictis tria rerũ principia concludis. Materiã ſcilicet:formam:et priuationem. Hec cum prima ſint/ex alijs non fiunt:nec ex alterutris conſtituunt: ſed omnia alia ex ipſis. Formam aũt de potentia materie educi dicimus:nõ quia aliquid ipſius in ſinu materie lateat:ſed quia ſine materia tali vt ſubiecto agens naturale eam non produceret. Rurſum ex his quedam ſunt contraria:quia in eodem ſe cõpati non pñt:et ſunt forma et priuatio. Forma vero et materia ex quib⁹ eſt totũ contrariari nõ poſſunt. Diſ. Veriſſima quidem hec ſunt. ſi eñ principiorũ eſſent principia. iam ipſa non prima principia/ſed eſſent principiata. Et niſi quedam eſſent cõtraria:inter ea motus nõ fieret:ſi vero omnia eſſent oppoſita/compoſiti ſubſtantiam non integrarent. Sed de his ſigillatim diſſerere non erit inutile.

*Tria rerũ naturalium principia*

*Priuatio*

*Principia cõtraria*

## De principio effectiuo non facto: et mundi eternitate. Cap. VI. Magiſter.

OMnes qui ſuo tpe irrefragabilis auctoritatis fuere philoſophi/
principiũ effectiuũ primũ. vnum atq ingenitũ credidere. Si enim
factum genitũue eſſet: ab alio vtiq priore eſſet: quapropter iã pri-
mũ nõ eſſet: ſed pcederet illud a q̃ eſſe ſuũ haberet. Ab illo igit̃ primo et inge
nito principio Plato mundũ et q̃ in mũdo ſunt viſibilia et inuiſibilia facta
Plato meminit. Idẽ teſtat̃ Moſes: vt paulo ante dictũ eſt. et euãgeliſta Joannes:
Joban. 1. a. Oia inq̃t p ipm facta ſunt. facta q̃dem nõ neceſſitate nature (vt habet philo
ſophica traditio) ſʒ libera et incõmutabili voluntate: vt pbat catholica ſan-
ctorum patrũ aſſertio. dicẽte pſalmiſta: Oia q̃cunq voluit dñs fecit in celo ꝛ
Ps. 113. b. in terra. Qͥ aũt Ariſtoteles mundũ ingenitũ et incorruptibilem eſſe dixit:
huic potiſſimũ innixus argumẽto: qꝛ motus et tp̃s ſine q̃bus gñatio et corru
ptio mundi nõ fieret/ eterna fuere ꝛc. nihil euidenter ↄcludit. Succeſſio equi
Poſitio Ariſtotelica dem q̃ in motu eſt/ quẽ tp̃s menſurat: apte arguit motũ et tp̃s et que mouent̃
eterna nõ eſſe: cũ eternitas ſit actu ſimul id qð eſſe põt. Facit ad idẽ qð bea-
Auguſtinus tus Auguſtinus de ciuitate dei lib. 4. c. ſcribit his verbis: Exceptis inq̃t p-
pheticis vocibus/ mũdus ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate et mobilitate/
et viſibiliũ oĩm pulcherrima a ſpecie quodammodo tacitus et factũ ſe eſſe: ꝛ
nõ niſi a deo ineffabiliter ac inuiſibiliter magno et pulchro fieri ſe potuiſſe p-
clamat. et infra. c. 6. Procul dubio inq̃t nõ eſt mũdus factus in tpe: ſʒ cũ tpe
Et idem Plato affirmat. Multa etiã de hac re idẽ ſanctus pater lib. 12. ↄfeſ
ſionũ diſſeruit. Reſtaurationẽ vero mundi p circũitus (vt q̃dam voluere)
ipſe idẽ doctiſſimus vir li. 12. de ciuitate diuerſo medio refellit. Sed hec in-
terim. Ad materiale principiũ ſermonẽ vertamus. Et q̃ inanes atq pueri-
les ſint alie Ariſtotelis rationes de eternitate mundi/ vt manifeſtum breuita
tis gratia tranſeamus. Mũdum aũt corruptibilẽ eſſe partiũ ipſius corrupti
Mundi corruptibilitas bilitas arguit. cũ eiuſdẽ nature ſit totũ et partes eius. Preterea celũ mouet̃
tpe finito: qꝛ in. 24. horis. igit̃ finitũ eſt: quapropter et mũdus finit⁹ eſſe ↄuin
cit̃. ergo et potẽtie finite eſt: q̃ ceſſante ipm iterire neceſſe ẽ. ſʒ de his hacten⁹.

## Declaratio definitiõis materie prime: ꝛ quõ intelligitur eſſe ingenerabilis ꝛ incorruptibilis: creabilis aũt ꝛ annihilabilis. Ca. vij. Di.

Materia. MAteria q̃d eſt? Mag. Primũ ſubiectũ vnicuiq: ex q̃ fit aliq̃d/
cũ inſit p ſe: et nõ ſm accidens: et ſi aliq̃d corrũpitur/ in hoc abi-
bit vltimũ. Diſ. Partes dilucidatione egent. Ma. Materia
Primum eſt primũ ſubiectũ: qꝛ nullum ea prius: vt viſum eſt. vel primũ/ hoc eſt princi-
pale. vnicuiq/ ſcʒ rei generabili et corruptibili. ſubiectũ dico nõ in q̃ totũ cõ-
Subiectũ per ſe ineſt. poſitũ ſubiectat̃: ſed ex quo fit aliq̃d: id eſt cõpoſitũ. cũ inſit ſcʒ cõpoſito p ſe:
et/ id eſt nõ ſm accidens. quẽadmodũ priuatio: q̃ etſi ſit p ſe terminus motus
p quẽ cõpoſitũ generat̃. cõpoſiti tñ ſubſtantiã nõ ingredit̃. Et ſi aliq̃d/ ſcʒ cõ
poſitũ vel generatũ: corrumpit̃/ id eſt in ſua principia reſoluit̃: id abibit vlti
mũ/ id eſt finaliter in vltima reſolutione: in hoc ſcʒ ſubiectũ. Eadem eñ ſunt
principia reſolutionis que et cõpoſitionis. Vñ oĩ et ſubſtantiali et acciden

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tali forma ſublata/vltimo remanere materiā primā neceſſe eſt: quā et intel‑ lectus taliter negatiue videt/dū corpus aliqđ incorporee et ſine forma intel‑ ligit. Hanc peripatetici et q̄ mundū ingenitū volunt: ſimiliter et ingenitā et incorruptibilē aſtruūt. Si em̄ aiunt materia prima fieret: vel ex ſe vtiq̧/vel ex alio eſſet: cū ex nihilo nihil fieri poſſit. nō aūt ex ſe fit: q2 eſſet anteq̄ fieret nec ex alia: cū iam prima nō eſſet. Idē argumentū ad ꝓbandā eius incorru‑ ptibilitatē aſſumunt. S3 Moſes et qui eū ſequunt doctores catholici: mate‑ riam non ex ſe/nec ex alia: ſed ex nihilo/id eſt, poſt nihil: vel nō ex aliquo a deo creatā in principio ꝯſtanter affirmant. q̄ et eandem ſi vellet. nō quidē cor rumperet (q2 cōpoſita nō eſt) ſed penitus annihilaret. Qđ vero vulgatū gen‑ tilium principiū aſſumit: Ex nihilo nihil fit. locū habet in potētia creata. nō in creatore: qui ſolus pōt res creare. vt teſtat Auguſtinus lib. 3. de trinitate. Ignorauit hoc vas eloquentie Cicero de natura deoꝝ diſputans: qui materi‑ am prefuiſſe opationi diuine atteſtatus eſt.

Si materia prima ſit ingenerabilis et incorruptibilis. Aug⁹. li. 2. cōfeſſionū. Anſelmus li. monolo. c. 8. Ex nihilo nihil fit. Auguſtinus Ciceronis error

## Si materia prima fuerit: aut poſſit aliqn̄ eſſe ſine forma: et ſi oīa creata ex materia ſint compoſita: et ſi celi et terre ſit eadem materia Capitulum VIII Magiſter.

SEd plurimā difficultatem apud nōnullos ex noſtris habere videt: ſi materia formis poſſit eſſe priuata? Cum em̄ actu/ſine actu q̄ for‑ ma eſt/nihil oīno eſſe poſſit: materia priuata formis quō actu erit? Huius argumētationis nodulus facile quidem diſſoluet ſi actum duplicem diſcernere nouerimus: quoꝝ primus eſt entitatiuus: quo ſc3 vnūquodq̧ (quia ens ē) in vniuerſitate exiſtētiū ſubſiſtit. Tali actu materia prima informis: de qua et mundum factū conſtat: anteq̄ formaretur et diſtingueretur (facta vtiq̧ erat) ſubſiſtebat: que et ſi prope nihil erat: vt ait Auguſtinus libro con feſſi. quoniā adhuc omnino informis erat: non tn̄ omnino nihil erat: cū eſſet quod formari poterat. formari aūt quod nō eſt non pōt. Secundus actus eſt formalis/cōpletus et ſpecificus a forma ſpecifica. quale eſt eſſe rationale ho minis ab anima intellectiua. Illo materia prima actuata non erat: quia ina‑ nis/vacua/et informis erat. Di. Non erit itaq̧ impoſſibile aliquid ſine for ma eſſe. Magi. Auguſtinus hoc videt affirmare/dicens: Eſſe vtiq̧ aliqđ non formatū pōt. Hoc aūt de forma abſoluta accipiendū eſt. nam et in mate ria nuda adhuc forma eſſet reſpectiua: relatio ſc3 qua vt creatura ad deū re‑ fertur: ſed hec quoq̧ materie eſt eadem. Similiter et aptitudinalis extenſibi litas: quam cōmentator Auerrois dimenſionē interminatā vocat. Actualem aūt extenſionē dimenſionē terminatā dicit: ſed hec cū ſit trina dimenſio/q̄ti tas eſt et realiter a materia diuerſa. dimēſio aūt interminata eſt materie coe ua. Di. Materia igit prior forma erat. Mag. Prior erat ait idē/nō tēpo‑ re: ſed origine. ſicut ſon⁹ cantu. Ipſam aūt et tpe a formis denudari: et in actu primo (quem entitatiuum dicimus) poſſe ſubſiſtere per diuinam potentiam ex dictis manifeſtum eſt: et demonſtrari poſſet amplius. Sed hec relinquen‑ tes alia tranſeamus. magnorum equidem opiniones de his videntur di‑ uerſe. Sunt enim qui materiam hanc in principio ſub quadam forma genera li perſtitiſſe volunt. Diſcipulus. Omnia ne creata hac participat?

Actus entitatiuus. Materia eſt informis. Auguſtinus. Act⁹ formalis. Auguſtinus. Auerrois. Materia prior forma. Scotus li. 2. diſ. xij. Hugo de ſacramē. Mag. ſen. lib. 2. Bonauētura.

Subſtātie im materiales

Magiſter. Minime. Subſtantie namqꝫ incorporee) quas intelligentias/ angelos/ demones/ animaſqꝫ rationales dicimus) ex materia non ſunt: nec tñ omnino ſimplices ſunt (quod ſoli deo competit) ſed ex realitatibus duabus conſtant: quarū vna eſt vt potentia/ altera vt forma. hec aūt compoſitio nō preſentis/ ſed metaphyſice conſiderationis eſt. Accidentia quoqꝫ eodem genere ſimplicitatis continentur. Sola autem ſubſtātia corporea ex materia eſt compoſita. nec ex alia celum et ex alia terra/ ſed eadem informitas per inuiſibilem terram inſinuat᷑ vnde fieret celum: vt ait Auguſtinus. et terra viſibilis atqꝫ compoſita et aqua ſpecioſa/ et quicquid deinceps in conſtitutione huius mundi non ſine diebus factum commemorat᷑.

Auguſtinus

## De forma Capitulum IX Diſ.

Forma.

Forme aūt quam affers definitionē? Ma. Formā quam exemplum ſpeciē/ rationē/ et actū dicunt: varie definitā inuenio. Vñ ait q̄ ſex prīcipia deſcribit. Forma eſt cōpoſitioni ꝯtingēs: ſimplici ac inuariabili eſſentia ꝯſiſtens. Contingēs quidē eſt cōpoſitiōi: nō qua ex alijs integrat᷑ ſꝫ qua materie in cōpoſitione totius vnit᷑. Simplex aūt dr̄: q2 ex alijs nō componit᷑: nec in alia reſoluit᷑: nec addita ſubiecto maius facit. Inuariabilis autē eſt in latitudine ſua: quā nō tranſit: ſꝫ intra terminos illius ꝑ gradus indiuiduales variat᷑/ intendit᷑ et remittit᷑. Habet eñ forma graduū latitudinē: ex quoꝝ vniformi et difformi ꝯfiguratione nōnulla q̄dam ſecretiora nature inueſtigant᷑. precipue vero in accidentalibus. vt partim videre eſt in libro de vniformitate et difformitate formaꝝ. Diſ. Hec alio loco et tpe expetā: nunc reliquas forme deſcriptiones adducas. Mag. Forma eſt quoddam diuinum/ optimū et appetibile. Diuinū quoddam dr̄ forma: cū ſit participata ſimilitudo vel imago dei/ dans eſſe cōpoſito: per qḋ ſeipm̄ vt pōt deo aſſimilat. clarius q̄dem in hoīe/ obſcurius in lapide/ mediocriter aūt in aīalibus et plantis. Optimū vero eſt: non ſimpliciter/ ſed inter rerū principia. Priuatio eñ nihil eſt omnino: et materia ꝓpe nihil: q̄ per appetitū forme habende in continuum cōpoſiti machinat᷑ maleficiū. Vnde et forma eſt ens a materia appetibile: nam ipſam materia vt femina virum/ turpe bonū/ et quodcunqꝫ imperfectum ſui perfectionē appetit: appetitu nō quidē rationali aut animali/ ſed naturali. Alia ſubiungenda eſt deſcriptio formā et ſubſtantialem et accidentalem complicans. Diſ. Que? Ma. Formā eſt que dat eſſe rei. eſſe q̄dem ſubſtantiale/ ſi forma fuerit ſubſtantialis. vt aīa homini. aut accidentale/ ſi forma ſit accidentalis. vt albedo albo. Veruntñ forma que inter principia rerum naturaliū connumerata eſt/ accidentalem non comprehendit. Materia eñ et forma ex quibus naturales res fiunt/ ſubſtantie ſunt/ nō accidentia: nec tñ per ſe ⁊ directe/ ſed reductiue in genere ſubſtantie ordinabiles. De formis aliqua in ſequentibus tractabimus. nunc priuationē diſcutiamus.

Simplex. Inuariabilis.

Forma diuinū quoddam.

Optimum

Appetibile

Forma

## De priuatione Capitulum X Diſci.

Priuationē definias. Ma. Priuatio cū nihil ſit/ nec gen⁹/ nec differentiā habet: et ideo definiri neq̄t. Priuationē vero nullam rē eſſe Auguſtinus ꝯtra Manicheos affirmat dicens: Nō eñ tenebre aliq̄d ſunt: ſed ipſa lucis abſentia. ſicut ſilentiū nō aliqua res eſt: ſꝫ vbi ſon⁹ nō eſt ſilentiū dr̄. Conueniēter ergo priuatio deſcribit᷑. Priuatio eſt carētia forme alicui⁹ cū aptitudine materie ad ipſam. Primū patet de ſilētio/ qḋ abſen

Auguſtinus

Anſelmus

Magr̄ iniaꝝ.

Priuatio

tia ſeu carētia ſoni eſt: Vltimū vero neceſſario addit. niſi eīm materia nata eſſet recipe formā/cuius carentiā habet: ea nullatenus careret. nō eīm aſinꝰ carere dr ratione/quā ex primordiali ſui ꝯditione aptus nō eſt recipe. ſic nec lapidē cecū audemꝰ affirmare. Diſ. Priuatio itaqꝫ nō eſt materia. Ma. Nō vtiqꝫ. hec eīm nō aliqua res eſt: materia aūt nō oīno nihil eſt. vñ et in aduentu forme priuatio eiuſdē amplꝰ nō eſt: ſꝫ materia recipiēs formā eſt de q̄ priuatio iā negat: q̄ rurſus forma ſepata de eadē affirmat. cū eīm nihil ſit ad introductionē forme/nō corrūpit: nec ad ſepationē eius ꝑducit. Diſ. Sꝫ quō fieri pōt/vt materia q̄ actu ꝯtrarijs priuata eſt formis/ earūdē in ſe habeat p̄uatiōes? ni fortaſſe formaꝝ ꝯtrariaꝝ priuatiōes ꝯtrarie nō ſint. Ma. Quin imo priuatiōes eodē mō opponunt priuatiue q̄ et forme (quaꝝ priuationes ſunt) opponunt poſitiue. Sicut aūt ſole forme imediate ꝯtrarie ſimul i eodē ſubiecto ſe nō cōpatiunt/ſed eidē viciſſim iſunt: nec his ambabꝰ ſimul caret: ſic nec ambaꝝ priuationes (q̄ eodē gñe priuatiue opponunt) ſimul recipit. Hec aūt de priuatione formaliter dicta accipiēda ſunt. fundamētaliter enim priuatio a materia priuata nō diſtinguit. Nonnulli etiā lib. 2. ſupra tractatu de cathegorijs de priuatione diſſeruimus. Supeſt vt in ſequētibus res naturales quaꝝ principia vidimus/ꝑ modulo epitomatis noſtri tranſcurramꝰ.

Priuationes ꝯtrarie ſimul materie ineē non poſſunt.

## De re naturali et natura. Cap. XI. Diſ.

Res naturales

RES naturales intelligo q̄ ex principijs naturalibus/materia videlicet et forma naturali exiſtunt. vt lapis: arbor: et his ſilia. Magi. Optime. Materia nāqꝫ et forme nature ſunt: ex his igit cōpoſita nō ab re naturalia dici pñt. Diſ. Natura q̄d eſt? Mag. Naturā eſſe manifeſtum eſt: nec demonſtrat: ſed taliter definit. Natura eſt principiū et cauſa motus et q̄etis eius in quo eſt primū: ꝑ ſe et nō ſm accidens. Diſ. Definitionis ꝑtes facias clariores. Mag. Natura principiū eſt primū/ id eſt principale et imediatū. Nā et ſi qualitates ad motū et q̄etē ꝯcurrant: nō tñ immediate ⁊ principaliter: ſed vt inſtrumēta. ideo nō entia naturalia aut naturā habentia ſed entia ſm naturā ſunt: qꝛ accidunt enti habenti naturā. Sequit: et/ ꝓ id eſt cauſa (vt idē noīe principij et cauſe intelligas) motus et q̄etis: q̄ eidē inſunt (eius) ſcꝫ cōpoſiti in q̄ natura eſt ꝑ ſe. accidit eīm artificialibꝰ inquantū talia vt moueant ab ea que eſt in ipſis natura. vt cū ſtatua cadit/accidit ei ꝙ ſit lignea aut lapidea. Excludunt etiā hic cauſe per accidens: q̄bus etiā connumerant caſus et fortuna. Qd̄ vero addit (et nō ſm accidens) artes excludit: q̄ q̄uis principia ſunt motus ſubiecti in q̄ ſunt: non aūt ꝑ ſe/ ſed accidētaliter. Accidit eīm ſananti ſeipm̄ vt ſit medicus: cū ab alio ſanari poſſit. Natura igit principiū eſt et cauſa motus et q̄etis ⁊c̄. id eſt natura eſt id ꝑ qd̄ res in qua eſt inclinat ad receptionē motus vel q̄etis aut forme alterius. Res enim naturalis eadē natura ꝑ quā eſt/nata eſt recipe oēs paſſiones hmōi naturā ꝯſeq̄ntes. Forma aūt qꝛ non tm̄ inclinat ad has/ſꝫ etiā actiue ꝯcurrit: ideo a phyſicis dr magis natura eſſe: eo ꝙ rō principiādi forme ꝑfectior ſit q̄ ratio principiādi materie. vtraqꝫ tñ in gñe principij paſſiui ꝯcurrūt. Principiū vero actiuū motꝰ et q̄etis cuiuſlibet nō ſemꝑ eſt intrinſecū. vt infra patebit.

Natura

Entia ſm naturam

Forma ē magis natura

## De gñibꝰ cauſaꝝ. Ca. xij. Diſ.

IN explanatione definitionis/cauſarū diuerſitatē inſinuare videris: cū aliam per ſe/aliā vero per accidens diſtinguis: ne igit graueris de his lauꝰ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Natura ē pn/ tractare. Ma. Principiū ī definitiōe nature ꝑ paſſiuo/nō actiuo accipien-
cipiū paſſiuū dū eſſe oſtēſum eſt:ne naturā nō cām ꝑ ſe/ſ ꝑ accidens dicamꝰ. mobili nāqꝫ
in eo ꝙ mouet̄ accidit habere in ſe principiū ſui motus. ſicut medico ſananti
ſeipm/accidit habere in ſe ſue ſanationis principiū: inclinari aūt ad motū et
Cauſa ad formā inducēdam ꝑ ſe ineſt mobili. Cauſa aūt gn̄ale nomē eſt: intrinſecū
et extrinſecū principiū cōplectens. Eſt em̄ cā ad cuius eſſe ſequit̄ aliud. vt ad
Intrinſeca eſſe ſolis ſequit̄ lumen. Diſ. Cā intrinſeca q̄ eſt? Mag. Illa ex qua cōpoſiti
Extrinſeca ſubſtātia integrat̄. vt ſunt materia et forma. de q̄bus ſupra. Diſ. Extrinſeca
q̄ eſt? Mag. Que ad rei ꝯſtitutionē ꝯducit:ſed ſubſtātie eius pars nō eſt. vt
Efficiēs prin- ſunt efficiēs et finis. Diſ. Efficiētē quā dicis? Ma. Eā a qua primo fit mo
cipalis:inſtru tus. ⁊ hec q̄dē principalis eſt. vt domificator. Que xͦo mota mouet/inſtrumē
mentalis. talis dr̄. vt ſecuris mota a domificatore. Rurſus aūt efficiētiū quoddā intra
Intrinſecum. ſubſtantiā eius qd̄ efficit ꝯtinet̄:et ratio ſeminalis nōnunꝙ̄ appellari ſolet
Rō ſeminalis Et eſt vis inſita rebꝰ ex ſi̇̄ibus ſiſta ꝑcreans. vt vis grani reducens ipm in
arborem. De hac aūt eo loco q̄ de plantis agemus/enucleatiꝰ differendum
erit. Hanc nōnulli inchoationē forme ꝓducēde aſtruūt:vt ex ea opatione na
Bonauentura ture/forma pficiat̄:ſ an forma vniuerſalis aut ꝑticularis cēſenda ſit nec ne
li. 2. diſt. 18. diſputant. Qui xͦo inchoationē formaꝝ in materia nō admittūt/ rōnē ſemi-
Scotus lib. 2 nalē/qualitatē formā ſeminis ꝯcomitantē et ad formā generādā diſpoſitiue
agentē eſſe dicūt:nec illā/nec ſeminis formā actiōe nature in formā generā
Extrinſecum dā ꝯuerti aſtruūt:ſ potius abijciendā eſſe affirmāt. Aliud efficiēs extra ſub
ſtantiā eius qd̄ opat̄ exiſtit. vt celoꝝ influxus/et reꝝ artifices:q̄ cum ſm̄ in-
tellectū et voluntatē agunt cauſe exēplares pn̄t appellari. In mēte em̄ artifi
cis ſunt exēplaria eoꝝ q̄ ꝓducit ī exteriore materia. Cū vero ſemꝑ materia
vna aptior ſit alia/in nulla exēplaris forma fingi pōt ſicuti eſt ī artificis aīa:
Anſhelmus ſed manet ſil̄itudo et imago eius q̄ eſt veritas in mente. Eſt igit̄ forma rei in
aīa artificis archetypa et veritas:et dū in potentia ad actū deducit̄/motꝰ eſt
Idee. in materia aūt iam ꝓducta /eſt ſil̄itudo et imago. Has reꝝ formas in mente
Auguſtinus diuina ideas dicūt. Sunt aūt idee (vt ait diuus Auguſtinus libro octoginta
triū queſtionū. q. 46.) forme eterne et incōmutabiles in mente diuina. Et vt
Scotus. aſſerit Scotus lib. 1. diſ. 3. ſunt res obiectiue cognite ab intellectu diuino. Di
ſci. Idee cū ſint eterne/non niſi deus eſſe pn̄t:qꝛ plura eterna nō ſunt. et oīm
Iohannis. 1. rerum ſunt:qꝛ oīa a deo obiectiue cognita ſunt. Mag. Sane. Hoc em̄ teſta
tur euangeliſta Ioānes dicens: Oīa per ipm facta ſunt:et ſine ipſo factū eſt
nihil:quod eſt in ipſo vita erat:quod aūt in deo vita eſt/ vtiqꝫ deus eſt. Idee
Auguſtinus itaqꝫ in deo etſi plures ſint (alia em̄ ratione vt ait Auguſtinus cōditus eſt hō
alia equus) oēs tn̄ vnus deus ſunt. Hoc expreſſius libro ſexto de trinita. ca.
vltimo edocuit/dicens: Primus ac ſummus intellectus eſt ars quedam om-
nipotentis atqꝫ ſapientis dei/plena omniū rationum viuentiū incommutabi
lium. et omnes vnū in ea:ſicut ipſa vnū de vno cum quo vnū. Et libro ſolilo
quiorū. c. 31. Tu es deus meus et dominus oīm que creaſti: et apud te omniū
ſtabilium ſunt cauſe:et omnium mutabiliū apud te immutabiles manent ori
gines:et omnium rationabiliū et irrationabilium atqꝫ temporaliū ſempiter
ne viuunt rationes. Vn̄ et diuus Boetius libro. 3. de ꝯſolatione metro nono.
Boetius tu cuncta ſuperno Ducis ab exemplo:pulchrū pulcherrimus ipſe Mundum
mente gerens/ſimiliqꝫ imagine formās. Sed quorſum ſermo noſter defluxit:
prima rudimenta philoſophie perquirentes/ad arcana quedam Theologie

aſcendimus. Diſcipulus. Ad inſtituta ergo aggrediamur.

## De cauſa finali et cauſarum coincidentia Capitulum XIII Magiſter.

OCcaſione efficientis extrinſeci nonnulla de forma exemplari tractauimus: reſtat vt ſm premiſſam extrinſece cauſe partitionē de fine diſſeramus. Diſci. Finis quid eſt? Magi. Duplex eſt: ſcʒ finis gratia cuius: et finis quo. Primus eſt gratia cuius alia fiunt: ideo etiam cauſa cauſarū dicitur: et ab ipſa primo efficiens ad operandum mouetur: motū quidem metaphorico et intentionali: quia ſcilicet ab efficiente deſideratꝛ. reali aūt motu mouere nō poteſt: quia frequenter in re realiter nondum eſt: ſed ſolum in intellectu ⁊ voluntate. Dicitꝛ tamen cauſa realis denominatione extrinſeca: quia effectus realis eſt ad quē appetendum mouet appetitum: et ſpiritualiter inclinat. Et hic eſt finis generationis. Secundus finis eſt quo ad primum peruenitur. vt virtutibus beatitudo attingitꝛ: et euacuatione nociui humoris ſanitas reparatꝛ. In naturalibus etiam ſepius contingit finē primum cum forma et efficiente concidere. In numero quidem: vt anima Petri finis eſt generationis Petri/et forma eiuſdem. In ſpecie aūt: vt forma ignis a. efficiens eſt forme ignis b. et hec finis eſt generationis ignis b. forme aūt ignis a et ignis b/eiuſdem ſpeciei ſunt. Et deus dictarū cauſarum cauſalitatem complicat. Eſt enim tricauſalis. Efficiens: omnia ex nihilo producens. Formalis: quia exemplar eſt omnium formas in ſe continens. Et finalis: in quem omnia tendunt. Materie aūt cauſalitatē que eſt pati/non ſupplet: nec actione phyſica efficiens cuius cauſalitas eſt agere cum materia coincidit: immo materia nec in ſpecie/nec in numero cum alijs cauſis coincidere pōt.

Finis gratia cuius

Deus tricauſalis.

## De cauſa vniuerſali ⁊ particulari: complexa et incōplexa: per ſe et per accidens: in actu et in potentia. Cap. XIIII Magiſter.

PReter has aūt quas diximus alie ſunt cauſarū diuiſiones. Diſ. Que? Ma. Cauſaꝝ quedā eſt vniuerſalis. vt ſol. hō. quedā ꝑticularis. vt hic homo. Et rurſus cauſaꝝ quedā eſt cōplexa vt Petrus ſcriptor: quedā incōplexa. vt ſcriptor. Et amplius cauſarū: quedā eſt per ſe cauſa: que ſcʒ ſm ꝓpriam naturā et non per aliud ſibi accidens cauſat: cum quo vnū per accidens ꝯſtituat. vt ignis generans calorem in aqua. Diſci. Num ignis calorem in aqua per ſibi accidentē caliditatē ꝓducit? Magi. Producit. Sed caliditas ignis cū igne non vnū per accidens conſtituit: non enim ſe habent vt determinatio et determinabile. quemadmodum paries albus. Cauſa per accidens per oppoſitū manifeſta eſt. vt muſicus ſcriptor. Accidit enim ſcribenti librum vt ſit muſicus. Inter has etiam caſum et fortunā infinitaſqꝫ alias nominare poſſumus. Infinita enim ſunt que vnicuiqꝫ accidunt: nō ſimpliciter et in eodem genere. In quolibet enim cauſaꝝ genere ſtatus eſt. vt dicitꝛ ſecundo metaphyſice. Rurſum aūt quelibet harū ſiue vniuerſalium/particularium/complexarum/incomplexarum/per ſe vel per accidens duplex eſt: ſcʒ in actu et potentia. Diſ. Cauſam in actu quam dicis?

Cā vlis: ꝑticularis: complexa: incomplexa: per ſe.

Per accidēs.

Ariſtoteles

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cauſa in actu

Mag. Que actu effectū cauſat. vt ſcriptor actu ſcribens. Et hec ſimul eſt. et
nō eſt cū ſuo effectu: nō q̄dem tā cōpleto/ſed in fieri actuali ꝯſtituto. Idē tñ
de fundamentis et relationibus verificari pōt. Diſ. Cauſa in potētia que

In potentia

eſt? Mag. Que cū actu ſit nihil cauſat: cauſandi tñ potentiā habet: vt ſcri-
ptor dormiēs. Uel q̄ actu eſſe nō habet: poſſibilis tñ eſt ad eſſe et cauſare. vt
antichriſtus cauſa eſt in potentia future perſecutionis eccleſie.

## Si vni⁹ effect⁹ plures per ſe cauſe: aut vnius cauſe plures effectus poſſint eſſe. De cauſaꝝ cōnexione ꝛ cauſandi neceſſitate. Et quō cauſe ſibiīnuicē ſunt cauſe. Ca. XV. Diſci.

Unius effect⁹ plures pñt eē cauſe p̄ ſe generum diuerſorum

Preter ea vero q̄ dicta ſunt de cauſis/aliud me mouet fortaſſe ſcitu
nō indignū. Eſt aūt vt breuib⁹ edicā: ſi vnius effectus plures p̄ ſe
cauſe eſſe poſſint. Ma. Recte arbitraris hoc ſcitu nō indignū: eo
nāq꜄ cognito nō minime in philoſophia q̄ſtiones patebūt. Diſ. Tu ergo q̄d
ſentiendū ſit edicito. Mag. Uniuſcuiuſq꜄ qđ creature noīe cenſet̄ plures eſ-
ſe p̄ ſe cauſas generū diuerſoꝝ facile declarabit̄. Nulla eñ creatura a ſeipſa

Auguſtinus

eſt. nulla eñ oīno res eſt (vt ait diu⁹ Aug. li. i. de trinitate) q̄ ſeipſam gignat

Boetius li. i. de trini.

vt ſit. oīs igit̄ cauſam efficientē habet. Rurſus aūt teſte Boetio in omni eo
qđ eſt citra primū/eſt hoc et hoc. i. qđ eſt/et q̄ eſt: potētia et actus. primū ra-
tionē materie/alteꝝ vero rationē forme habet. Eius aūt qđ factū eſt vtiq꜄

Ariſt. 2. phy.

aliq̄s finis eſt. Sum⁹ eñ et nos quodāmodo finis oīm. dicit phūs. cuiuſlibet
igit̄ effect⁹ quatuor cauſas eſſe alio loco affirmat. Diſ. Intelligo. Sed cur

Uni⁹ effectus eiuſdem gñis non pñt eſſe plures cauſe

dicis generū diuerſoꝝ? Ma. Nam. 5. metaphy. concludit̄: vnius effect⁹ plu-
res cauſe vni⁹ gñis eſſe nō pñt: niſi ſint eſſentialiter ſubordinate/aut partia-
les. Exemplū primi eſt. Sol et hō gñat hoīem. Sol q̄dem vt cauſa v̄lis: hō
vero vt ꝑticularis/vniuerſali ſubordinata: ambe tñ in gñe efficientis. Exem-
plū ſecundi. motus ipſius nauis/ꝑtiales cauſe pñt eſſe decem hoīes: aut equi
trahentes. ſic viſionis videns et viſibile. intellectionis intellectus et intelli-
gibile. Sꝫ in his fortaſſe potētia anime eſt cauſa principalior. de q̄bus in ſe-
quētib⁹. Diſ. Cauſe eſſentialiter ſubordinate q̄ ſunt? Mag. Quarū ſe-

Cauſe eſſentialiter ſubordinate

cunda in cauſando dependet a prima/in cuius virtute agit. Prima aūt vt
dicit prima ꝓpoſitio libro cauſaꝝ/plus in effectū influit q̄ ſecunda. vt ſol et
hō. In his eñ q̄m create ſunt: prima q̄tū ad intimitatē plus influit: ad for-
mā aūt effectus non pōt deuenire niſi per formā agentis ꝓrimi: et q̄tū ad
hoc minus influit. Cū vero ſecūda nō dependet a prima in cauſando (et ſi ī

Accidentalit̄ ſubordinate

eſſendo) cauſe accidentaliter ſubordinant̄. vt au⁹ et pater petri. nā etſi pater
petri eſſe habeat ab auo petri in gñatione: tñ eſſe petri ab auo nō dependet:
cum ipſum generare poſſit auo premortuo. In eſſentialibus aūt philoſophi
cauſandi neceſſitatē ex earūdem ꝯnexione poſuerūt: ita vt in ſecūda agente
et prima neceſſario agat. Ex quo ſequit̄ effectum cauſe naturalis ſimpliciter
eſſe neceſſariū. tali aūt deſtructo cauſa eius deſtruere͂t: ita cauſa prima nō eſ-

Cauſa prima cauſat contingenter.

ſet oīno independens et deſtrui poſſet: quod dicere q̄s audebit? Dicendū igi-
tur/primā cām cauſare ꝯtingere. Cauſa igit̄ ſecunda a prima ꝯtingēter eſt:
neceſſario aūt cauſat ſi ſit naturalis: non autem ſi fuerit voluntaria. Volun-
tas enim in actione ſua eſt libera. Sed hec alterius ſunt ſpeculationis. Que

ad preſens attinēt terminemus. Sicut eñ vnius effectus plures cauſas eſſe ex dictis manifeſtū eſt: ſic vnius cauſe plures ⁊ diuerſi effectus/ diuerſa tñ ratione reperiunt. Nauta eñ qui ſua pñtia eſt ſalutis nauis: abſentia ſui cauſa eſt piclitationis nauis. Siľr ⁊ ſol lutū indurat: ⁊ cerā diſſoluit. Sed hec diuerſitas rōnis in materia/ nō in ſole eſt inquirēda. Nōnunꝗ etiā cauſe ſibijnuicē cauſe ſunt: vt laboris: qui cauſa effectiua eſt ſanitatis: ipſa quoq̧ ſanitas eſt cauſa finalis. Omniū autē effectuū cauſas in vnius ſummi dei voluntatē vt cauſam primā reducere/ Aug. in de tri. li. 3. nō obſcuro exemplo declarat. Omniū eñ deus cauſa eſt īmediata. quedā tñ cauſat cum alia particulari cauſa: non ex indigentia/ ſed liberalitate ſumma: que rebus non modo eſſe dedit: ſed operationem indidit.

Unū eſt cauſa diuerſorū

Cauſe ſunt ſibijnuicē cauſe

Aug. c. 3. et. 4

## De caſu ⁊ fortuna ſcđm opinionem gentilitatis. Capitulū XVI Diſcipulus.

Inter cauſas per accidens caſum ⁊ fortunā dum numerares patula aure auſcultrabā: multā nāq̧ vulgus his tribuit cauſalitatē: verebar autē: quia ad alia feſtinas/ ne harū tractatū pterires. Magi. Plurima preterire neceſſe eſt. nō eñ pñtis diſceptionis eſt omnia limate exequere. Has autē cauſas/ caſum dico ⁊ fortunā nō oportet ſilentio tranſire: circa quas contingit damnabiliter errare. Nā quondā romani fortunā diuinū quoddā numen exiſtimabant: qđ pro libitu ſuo/ hominū meritis non conſyderatis: alijs bona: alijs vero mala largiret. Ad qđ deſignandū/ ſimulacrū eius in ſpecie muliebri in medio rote quaſi eam verteret cōtinue conſtituebant: cuius facies dextera lucida/ ſiniſtra obſcura/ vtraq̧ vero ceca apparebat: quia ſplendidi ſunt quos fouet: obſcuri autē quos perſequit. Cecitas vero indifferentiā eius deſignabat ad bonos ⁊ malos. Similiter quia eos quos fouet excecat. Huius ſūt pdigij mutabilitatē rota volubili oſtentabant: cuius qui ſummam tenet arcē pſperiſq̧ fruit ſucceſſibus/ mox inopinato caſu ad ima deijcitur. Rurſus autē qui in imo conſiſtebat/ ex oppoſita rote parte locū celſitudinis conſcendit. Que ⁊ ſi eo ordine in mortaliū actibus eueniāt: impiū tamen ⁊ fidei noſtre inimicū: principijs etiam philoſophicis omnino contrariū eſt ea alicui/ preterꝗ prouidentie diuine aſcribere: que iuſtis occultiſq̧ iudicijs ſecūda ⁊ aduerſa cōmunicat ꝑut voluerit: qđ Auguſtinus in de ciuitate per multos libros. ⁊ Boetius in de conſolatu philoſophico latiſſime oſtendūt. De cultura vero fortune a romanis Auguſtinus de ciuitate dei libro. 4. ca. 18. et. 9. diſſerit. Colebant eñ fortunā publicā: que rem publicā defenderet. Fortunā virilem ⁊ muliebrē: vt eſt apud Ouidiū de faſtis li. 4. et li. 3. de triſtibus. Nempe dat ⁊ quodcūq̧ libet fortuna rapitq̧: Cyrus ⁊ eſt ſubito qui modo Creſus erat. ⁊ libro. 5. Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat. Et manet in nullo certa tenaxq̧ loco. Sed modo leta venit/ vultus modo ſumit acerbos. Et tm̄ conſtans in leuitate ſua eſt. ⁊ Boetius de conſolatione libro. 2 proſa ſecūda. Hunc ꝯtinuū ludū agimus: rotā volubili orbe verſam⁹. Infima ſummis ſūma infimis īmutare gaudemus. Et Alanus in anticlaudiano: Precipitē mouet illa rotam: motuſq̧ laborum. Nulla quies claudit: nec ſiſtunt ocia motu. Hos ꝑmit: hos eleuat: hos deijcit: erigit illos. Cogit ⁊ in varios homines deſcendere caſus.

Deſcriptio fortune.

Auguſtinus

Boeti⁹ lib. v.

Ouidius

Boetius

Alanus




*Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De caſu ⁊ fortuna ſcd̄m opinionem philo ſophorum. Capitulū XVII Diſci.

NOn ingrata fuit hec narratio vanitatis gentiliū. Sed quid phī de
his queſo ſenſerint edicito. Magi. Philoſophus lib. 2. natura-
lis philoſophie/caſum ⁊ fortunā volens definire: preter eas que in
ſuperioribus digeſſimus cauſarū partitiones alias agentiū ⁊ effectuū adducit
Quarū partitionū prima hec eſt. Agentiū quedā agūt ſm ꝓpoſitū ⁊ delibe-
rationē: vt homines rationis compotes. Quedā vero nō agunt a ꝓpoſito: vt
infantes/bruta ⁊ inanimata. Effectuū autē quidā fiunt ſemꝑ: vt ſolis ortus
⁊ occaſus. quidā frequēter: vt calor in eſtate: ⁊ frigus in hyeme. quidam extra
ſemꝑ ⁊ frequēter/ſiue raro contingūt: vt inuentio theſauri. Amplius eorum
que fiunt quedā fiunt ꝓpter finē determinatū: vt foſſio ſepulchri ꝓpter ſepe-
lire mortuū: ⁊ quedā alia nō intenta annectunt̄ illis: ⁊ accidunt. Ex his defi-
nitio fortune manifeſta erit: qua dicit̄. Fortuna eſt cauſa per accidēs eoꝝ que
fiunt ꝓpter hoc/in his que agunt ſm ꝓpoſitum: extra ſemꝑ ⁊ frequēter. Si-
militer ⁊ deſcriptio caſus patebit/qua dicit̄. Caſus eſt cauſa per accidēs eoꝝ
que fiūt ꝓpter hoc/ in non habentibus propoſitū extra ſemper ⁊ frequenter.

Agentiū varietas

Effectuum varietas.

Fortuna.

Caſus

Diſci. Exempla eorū adiungas. Magiſter. Exemplū fortune eſt in eo qui
ad ſplendidū mortuū ſepulchrū fodit: ⁊ fodiendo inopinatū theſaurū reppe-
rit. Exemplū caſus eſt: ſi equus ſtabulū repetens ſaluat̄ a lupo: ⁊ tripoda de-
orſum cadens apta ſedes efficitur. Verūtamen nōnunq̄ effectus fortuitus ca-
ſualis appellatur: extento noīe caſus ad fortunam ⁊ caſum proprie dictum.
Sic ⁊ improprie Plutarchus lapides pauimēto ſubſtratos infortunatos di-
cebat: quos autē ad conſtituendas aras deorum applicant fortunatos dicere
ſolebat. His eñ reuerentiā: alijs autē contumeliā attritione pedum fieri cō-
tingit. Diſcipulus. Proprie itaq̄ fortuna reſpectu illorum eſt/que nobis a
ꝓpoſito agentibus accidunt. Caſus autem reſpectu illorum que non vtenti-
bus ratione: aut vtentibus/ſed propoſito non agentibus eueniunt. Magi.
Optime. Diſcipulus. Sed nondum que res ſit fortuna aut caſus accepi.

Plutarchus.

Differētia fortune a caſu.

Magiſter. Fortuna (vt aiunt nōnulli philoſophantium) eſt voluntas agen-
tis a propoſito. Caſus autem eſt natura eius quod agit non a propoſito.
Diſcipulus. Num voluntas et natura ſunt cauſe per ſe? Magiſter. Vo-
luntas cauſa per ſe eſt effectus intenti qui euenit a propoſito. Et cauſa
per accidens (quam fortunam dicimus) effectus non intenti qui euenit
preter propoſitum. Unde in dato exemplo ſepulchrum eſt effectus intentus:
⁊ inuentio theſauri eſt effectus fortuitus. Sic ⁊ in caſu: caſus tripode deor-
ſum/effectus eſt naturalis a natura et grauitate eius: ſed q̄ facta eſt apta
ſedes/ effectus eſt caſualis. Verūtamen nihil ſic euenit fortuite aut caſua-
liter quinetiam eueniat a cauſa per ſe intendente hoc fieri. Nam vt Pla-
to aſſeruit: nihil eſt cuius ortum non preceſſerit legitima cauſa. Diſci-
pulus. Que ſunt cauſe tales? Magiſter. Auguſtinus de ciuitate dei li-
bro quinto capitulo nono aperuit dicens: Nos eas eſſe cauſas que dicun-
tur fortuite: vnde etiam fortuna nomen accepit: non dicimus nullas/ ſed
latentes: eaſq̄ tribuimus vel veri dei / vel quorumlibet ſpirituum vo-
luntati: ipſaſq̄ naturales nequaquam ab illius voluntate ſeiungimus
qui eſt auctor omnis conditorq̄ nature. Nihil enim fit viſibiliter et ſenſi-

Plato in Timeo

biliter (inquit libro. 3. de trini.) qđ non de interiore inuiſibili atqꝫ intelligibili
aula ſummi imperatoris aut iubeatur / aut permittatur ſm ineffabilem iuſti-
ciam premiorum / atqꝫ penarum / gratiarũ ⁊ retributionum: in iſta totius crea
ture ampliſſima quadã immenſaqꝫ republica. Diſcipulus. Hunc igitur effe
ctum fortuitum aut caſualem dicere poſſumus: cuius per ſe cauſam ⁊ propin-
Auguſtinus quã non videmus. Magiſter. Ita Auguſtinũ de academicis queſtionibus
dixiſſe patet. cum ait: Nihil aliud in rebus caſum vocamus: niſi cuius ratio ſe
Ariſtoteles creta eſt: nomine autem caſus fortunam comprehendit. Idem Ariſtoteles de
fortuna bona ſcribens affirmat.

## De duplici fortuna bona et mala: ⁊ vnde vnus alteri fortunatior ſit. Ca. XVIII. Diſ.

Quid Ariſtotelem de bona fortuna ſcribentem cõmemoras? An qr
non omnis fortuna bona eſt? Magiſter. Etiam fili. Nam ſi pre-
Eufortuniũ ter intentionem agens a propoſito bonum conſequatur / aut ma-
Diffortuniũ lum fugiat: eufortunium ſeu bonam fortunam dicimus. Si autem tali agen-
ti malum eueniat preter intentionem / aut bonam effugiat: diffortuniũ ſeu ma-
lam fortunam dicimus. Idem eſt ſi quid talium accidere potuit. Quod enim
parum deeſt nihil diſtare videtur: bonum autem tale aut malum / non modi-
cum ſed notabile eſſe debet: ita vt ſi agens ipm cognoſceret: ad fugam / aut cõ
ſecutionẽ eius ageret. Hinc etiam de numero eorum que propter hoc fiunt effe
ctus fortuitus eſſe dicitur: non quia ab agente intenditur (quia latet) ſed quia
intenderet̃ ſi cognoſceret̃. Requirit̃ amplius: vt talis effect⁹ nõ ſemel tm̃ nec
ſemꝑ / ſed in plurib⁹ acciderit. Diſ. Sed dic queſo vnde huiuſcemodi effe-
ctus magis vni ꝙ̃ alteri eueniũt? Magi. Huius queſtiõis nodulũ ſi philoſo
Ariſtoteles phice ſoluere tẽptabimus / a poſitione Ariſtotelis nõ diſcedendum arbitror:
qua dicit impetũ quendã ineſſe quibuſdã / quo mouent̃ ad aliquid quo ſequũ-
tur bonũ nõ intentũ. Diſci. Huius impetus cauſa q̃ eſt? Magi. Si de in-
trinſeca q̃ris: natura eſt nõ quidẽ ſpecifica (qr nõ omnib⁹ ineſt) ſed indiuidua.
Unde dictũ eſt: Bene fortunatus: bene natus. Eſt enĩ in his diſpoſitio quedã
nõ in aĩa (qr vt ait: Ubi maxim⁹ intellectus ibi minima fortuna) ſed in cor-
pore: ꝯſequẽs ipſius cõplexionẽ naturalẽ. Cauſa aũt extrinſeca concurſus eſt
cauſarũ extrinſecarũ talẽ ꝓpter huiuſcemodi diſpoſitionẽ magis ꝙ̃ aliũ nõ
ita diſpoſitũ mouentiũ / ad aliquid operandũ: qđ bonũ nõ intentũ conſequit̃:
vtputa eo loco vel tẽpore fodere ſepulchrũ. tale aũt mouẽs celũ ⁊ motricem
eiuſdẽ intelligentiã dicũt. Hec aũt originẽ habere vident̃ ex radice conſtella
tionũ in natiuitate: quã libro ſeptimo dictis doctorũ catholicoꝝ ſuſpectã oſtẽ
dimus. Similiter ⁊ de fato ⁊ fatalib⁹ quid veritas abhorreat tetigimus. Ma
gis igitur huiuſmodi cauſalitatẽ voluntati diuine ⁊ iuſticie eiuſdem attribui-
mus ſm ea que Auguſtinũ pauloante in libro de trinitate ⁊ ciuitate dei com-
memoraſſe notauimus.

## De monſtruoſis ⁊ miraculoſis effectibus a quibus fieri poſſint. Ca. XIX Diſci.

Omnium itaqꝫ cauſalitatem in deũ ſi referimus ſm Auguſtini pre-
Auguſtinus fatam ſententiam / nihil eſt qđ vel fortuitũ / cauſale / monſtruoſum
aut miraculoſum dici poſſit. Magiſter. Prorſus nihil. Nam et

cum multa talia cõmemoraſſet Auguſtinus de trini.lib.3.ca.2. Nihil inquit horum fit niſi voluntate dei:ſed pleriſq; nõ apparet. Itaq; licuit vanitati philoſophoꝝ etiam cauſis alijs ea tribuere vel veris vel proximis:cū omnino videre non poſſent ſuperiorem ceteris omnibus cauſam:id eſt voluntatem dei vel falſis:⁊ ne ab ipſa quidē peruestigatione corporaliū rerum atq; motionū: ſed a ſupſtitione ⁊ errore prolatis. Diſcipulus. De fortuitis ⁊ fatalibus ſatis luculentur/quantū epitomatis ratio admittit diſſertum cenſeo. Sed de reliquis pauca ſaltem aperiri exopto. Magiſter. Monſtra dici conſuerūt ea que preter ſolitū nature curſum euenire ſolent. Agentia em̄ ⁊ ſi ſemper ſibi ſimilia ꝓducere conentur:nõnunq̄ tamen vel ꝓpter materie ſupabundātiam/defectum/corruptionem/qualitatum diſconuenientiā/aut aliquod aliud impedimentum diſſimile generant:⁊ hoc naturales monſtrum dicunt:ipſum definientes taliter. Monſtrum eſt peccatum illius quod fit propter aliquid:aut clarius. Monſtrum eſt difformitas quedam in paucioribus conueniens entibus naturalibus:eueniens preter ſolitum curſum nature: diſconueniens illis ex quibus traxit originem: vt cum hermaproditus/aut duobus capitibus homo naſcitur:ita pariformiter ⁊ in alijs rebus exēpla afferri poſſunt. Diſcipulus. Monſtrum igitur preter intentionem nature agētis generatur. Magiſter. Probe ſi de natura particulari intelligis:nam omnia talia quēadmodum ⁊ fortuita ⁊ caſualia a deo/qui eſt natura vniuerſalis omniū intenduntur:nec contra naturam fiunt. Quomodo eſt enim contra naturā (ait Auguſtinus de ciui. dei lib.21.ca.8.) qđ dei fit voluntate? cum voluntas tanti vtiq; conditoris condite rei cuiuſq; natura ſit:⁊ ſeipſum clariorem faciens/ſubiungit. Portentum igitur fit nõ contra naturam/ſed contra quā eſt nota natura.

Monſtrum

Auguſtinus



Diſcipulus. Fiunt itaq; portenta ex cauſis naturalib9/ſed nobis incognitis. Magiſter. Optime. vnde ⁊ lib.10.c.16.ait: Interuallis temporū/occultis ipſius cauſis mundi verūtamen ſub diuina ꝓuidētia conſtitutis ⁊ ordinatis

monſtruoſa contingunt:quales ſunt inuſitati partus animaliū. Simul itaqꝫ ⁊
Monſtra cauſe per quas ⁊ propter quas fiunt nos latent: non em̄ fruſtra fiunt. Unde
Oſtenta ait monſtra dicta ſunt quia aliquid ſignificando demonſtrant. Oſtenta:quia
Portenta oſtendunt. Portenta:quia preoſtendūt. Prodigia:quia porro dicūt:id eſt fu
Prodigia tura dicūt. Unde ⁊ ex his humana ingenia nōnunꝗ̄ futura predicūt. Diſci
pulus. Quid aūt de variis monſtris/que hiſtorie in diuerſis mūdi partibus⁊
maxime autē in india eſſe cōmemorant? quorū quidā vnū oculum habere in
fronte media:quibuſdā plantas verſus eſſe poſt crura: quoſdam ſine ceruice
oculos habere in humeris:quoſdā cynocephalos:id eſt canina capita haben
tes ⁊ ſimilia innumera deſcribūt:hoīes ne ſunt/⁊ ab adam originē traxerūt?
Magi. Hec ⁊ alia monſtruoſa hominū genera/Aug⁹. de ciui. dei lib.16.ca.
8.enumerat:⁊ creatorē omniū taliū effeciſſe ꝓpt̄ decorē vniuerſi/ nec erraſſe
dici poſſe oſtendit:⁊ in fine ꝯcludendo ait:Aut illa/aut alia que de quibuſdā
Idem gentibus ſcripta ſunt/omnino nulla ſunt:aut ſi ſunt/homines non ſunt:aut ex
adam ſunt ſi homines ſunt.

## De Miraculis. Capitulū XX Magi.

Auguſtinus HEc eadem que monſtri noīe cenſent/miracula dici ſolent:qm̄ que ra
ro ſunt ipſa ſunt mira:inquit Aug. lib.21. de ci.c.4.et.8.de tri.lib.3.
ca.2.8.et.10. Sed aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admira
tionis incitamentū. ⁊ ibidē ca.8.dicit:Unde ⁊ ipſa que in rerū natura omni
Miraculum bus nota ſunt/nō minus mira ſunt:eſſentqꝫ ſtupēda ꝯſyderantibus cūctis ſi
ſolerēt hoīes mirari niſi rara. Proprie aūt miracula ſunt quorū ſimilia a na
tura ꝓduci poſſunt:modo tñ oīno alio. vt natura in generatione vitā tribuit:
⁊ eſt naturale:deus iam e mortuo corpe ſubito vitam refundit:⁊ eſt miraculū.
Et quidē magis ꝓprie miracula ſunt hec ⁊ ſigna ſi ad aliquid diuinitus annū
ciandū noſtris ſenſibus admouent. Si ꝟo aliquid fit cuius ſimile natura face
re non poteſt:nec ordinē ad hoc habet/mirabile dici debet: vt eſt humanam
naturā diuine in vnitate ſuppoſiti vniri:corpus aīale putrefactū in terra glo
rioſum reſurgere. Diſci. Num miracula a pma cauſa fiunt? Magi. A ſo
Pſ.71.d la dicente ꝓpheta:Qui facis mirabilia magna ſolus ſcꝫ poteſtatiue ⁊ prin
Exodi. cipaliter:nam ꝑmiſſiue etiā magicis artibus fiunt. Nam ⁊ Exod.7. Magi
pharaonis ranas ſerpēteſqꝫ fecerūt. Diſci. Sed vnde hec poſſunt? Magi
Auguſtinus ſter. Per aereas poteſtates/inquit Aug⁹. magice artes poſſunt quicqd poſ
ſunt:nec ille valent niſi data deſup poteſtate:ideo ſcyniphes facere nō potue
rūt. Pharaonis magi. Non autē ſolis malis deus hec permittit:ſed ⁊ bonis
angelis ⁊ hoībus frequēter talia agere concedit ſed differenter: vti eſt vide
re per Auguſtinū li.83.q.80. Diſci. Cur autē deus peccatoribus angelis
ſeu demonibus hanc poteſtatē dat? Magiſter. Reſpondet Aug⁹. lib.3.de
trini. ad fallendos fallaces:⁊ ad mouendū fideles:ne tale aliquid facere pro
magno deſyderēt. vel ad exercendā/ꝓbandā manifeſtandāqꝫ iuſtorū patien
tiā:vt patet in Job. Conſimiles rōnes aſſignat de ciui. dei lib.2.c.23.⁊ alias
addit li.7.c.vlti. Diſci. Creatores ſunt itaqꝫ maligni ſpūs talia operātes?
Magi. Nequaꝗ̄:nō hmōi nō de nihilo/ſed preiacēti materia:corporeis ſcꝫ
mundi elementis/in quibus occulta quedā rerum ſemina latent producunt:
que ⁊ natura interuallis temporū ꝓducere poſſet. Ipſi autem nouerunt celer
rime debitas materias ⁊ cauſas applicare:vt idem in.3.de trini.ca.9.et li.4.

et.11.luculenter declarat. Nedum autem malis/ſed ⁊ bonis angelis huiuſce‑
modi poteſtatẽ creator cõicat: vt iã dictũ eſt. Sz quẽadmodũ (inqͣt Aug.li.3.
de tri.c.10.) hec faciũt angeli vel potiꝰ deꝰ: quẽadmodũ hec faciat ꝑ angelos
ſuos/⁊ qͣtũ fieri velit ꝑ angelos: ſiue ſinẽdo/ſiue iubẽdo ſiue cogẽdo ex occulta
ſede altiſſimi ſui: nec oculoꝝ acie penetrare/nec fiducia rõnis enucleare/nec ꝓ
uectu mentis comprehendere valeo. Diſcipulus. Satis ſit ergo noſſe omnĩ
potentiã creatoris non ita cauſis naturalibus alligatã: vt preter conſuetũ ea
rundẽ curſum ⁊ ordinem ex eadem corporali materia ꝑ ſe vel miniſtros ſuos
diuerſos effectus cum voluerit/non poſſit efficere. Sed diutius expoſitionĩ
harum partium definitionis nature imorati: cum dicitur: principiũ ⁊ cauſa ꝑ
ſe ⁊ nõ ſm accidens/totum ferme diem tranſegimus: breuius igitur hoc qđ
in definitione additur (motus ⁊ quietis) tranſcurramus.

## De motu qualis res ſit: ⁊ ſi diſtinguatur a termino ad quem: ⁊ declaratione definitionũ motus. Capitulum XXI Magiſter.

Omnibus itaqȝ ambagibus poſthabitis/ motus naturã per defini‑
tiones venerari tẽptabimus. Diſci. Probe. Definitio naqȝ vt in Definitio
dialecticis audiui/oratio eſt indicans quid eſt eſſe rei. Magiſter.
Motus igitur (vt Ariſtoteli viſum eſt) actus eſt entis in potentia ſm qꝫ hu‑ Motus
iuſmodi.i.ſm qꝫ eſt in potentia. Pro vberiore aũt huius intelligẽtia aĩaduer
tendum: mobile anteqͣ moueꝛ eſſe ens in actu exiſtendi) niſi eñ eſſet/ moueri
nõ poſſet) ⁊ in potentia ſubiectiua ⁊ receptiua ad actum/quẽ motum dicimus
ſimiliter ⁊ ad formã per motũ acquiſibilẽ. Diſci. Mobile itaqȝ anteqͣ mo‑
uetur in duplici potentia eſſe videtur: ſcilicet in potẽtia ad actum qui eſt mo
tus: ⁊ ad formam per motum introducendam. Magiſter. Optime infers.
Diſcipulus. Sed qualis entitas ſit ille actus quẽ motũ dicis nondũ acci‑
pio. Magi. Si motũ materialr ſiue fundamentalr ꝯſyderabimꝰ/forma eſt
fluens de eſſe imperfecto ad eſſe perfectũ: cuius gradus poſt gradum ſucceſſi Motus pro
ue in eo qđ mouetur acquiruntᷣ. Diſci. Eadem ergo res eſt actus quẽ motũ fundamento.
dicis ⁊ forma motum terminans? Magiſter. Eadem. Motus tamen dicitur
dum actu fluit ⁊ gradualiter acquiritur: terminus vero motus eſt dum actu
tota in eo qꝫ mouebatur ſubſiſtit: preſentibus eñ habitibus in materia ceſſat
motus. Formaliter autem ſi motum accipimus: ipſum paſſionem ſucceſſiuã Motus for‑
eſſe de genere tranſmutationis/ex cõmentatore ſuꝑ tertio phyſicorũ: et Ari‑ maliter.
ſtotele libro.5.cognouimus. Ab hac forma que abſoluta nõ eſt/ ſed reſpecti‑ Auerrois
ua (vt in cathegorijs determinatum eſt) mobile formaliter moueri dicitur. Ariſtoteles
Unde in motu alterationis: qui exempli gratia pre ceteris declarandus eſt:
que diximus luce clarius patebunt: maxime autẽ in ea qua aqua frigida per
ignẽ calefit: aqua naqȝ frigida actu quidem exiſtit/ſed in potentia eſt ad cale
factionem: quã hic motum dicimus: ⁊ ab eadem formaliter calefieri denoĩaᷣ:
⁊ ꝑ hanc ad caliditatẽ tendit: cuius gradũ poſt gradũ continue acqͥrit donec
in ea compleatur: tunc eñ motus qui eſt calefactio deſinit: nec aqua iam cale
fieri/ſed calefacta ſiue calida a forma acquiſita denominaᷣ. Ex his ſecunda
motus definitio intelligitur facillime/qua dicitur: Motus eſt actus mobilis
in quantum mobile.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Q motus non eſt mobile: ſed eſt accidens in mobili ſubiectiue. Et de his que ad motũ neceſſario cõcurrũt. Ca. XXII Diſci.

Plana quidem hec videntur: ſed ⁊ motum quoqꝫ ſiue materialem ſiue formalem non ipſum mobile/ ſed rem aliam ab eo realiter diſtinctam ⁊ in eadem ſubiectatã intelligo. Magiſter. Sane. Motus eñ formaliter reſpectus eſt extrinſecus adueniens mobilis admouens: quẽ paſſionem formalẽ in cathegorijs diximus. Huius autem correlationẽ reſpectu agentis ſiue mouentis ad mobile ſeu paſſum actionẽ formalem docuimus: ⁊ hanc in potentia actiua imediate/ ⁊ mediate in agente: illam vero in potentia paſſiua imediate/ ⁊ mediate in mobili ſubiectari intelligimus. Formam vero fluentẽ ⁊ gradualiter acquiſibilẽ actionẽ/ ⁊ paſſionẽ ⁊ motũ materialẽ dicimus. Actionẽ quidẽ/ dum eſt ab agente: paſſionem/ dum recepta eſt in paſſum: ⁊ motum/ dum in fluxu eſt nominamus: ⁊ hanc nõ in agente/ ſed paſſo ſiue mobili que pro eodem ſumimus/ ſubiectari dicimus. Diſci. Motum formalem rem reſpectiuam de genere paſſionis aperte aſſeris: ſed cuius generis res ſit motus materialis nondũ exprimis. Magiſter. Ideo loco quo de ter-
Ad motum requiſita. mino ad quẽ motus differere cepermus/ motũ faciemus. Diſcipulus. Ad motũ igitur que aut quot cõcurrũt? Magi. Sex. videlicet: mouens/ mobile/ terminus: a quo terminus: ad quẽ: tempus ⁊ locus. Hec in dato calefactionis motu diſcerni poſſunt. Eſt eñ ignis mouẽs: aqua mobile: frigidita aque ſeu carentia caloris eſt terminus a quo: calor in aqua ꝓductus eſt terminus ad quẽ: mora autem calefactionẽ hanc menſurans/ tempus eſt: mobile autem quia ens eſt naturale ſine loco nõ eſt. Diſci. Apertiſſima eſt hec demonſtratio: verũtamen de omnibus ſingillatim differere operepreciũ eſſe exiſtimo. Magi. Bene examinaſti: ſed paucis vt expoſtulas omniũ horũ intricatos nodos diſſoluere facile quis poterit? Diſcipulus. Saltẽ cõmuniora in medium ferre haud graueris.

## De mouente immobili. Ca. XXIII. Magi.

Afferam que memoria ex lectis ⁊ auditis reſeruans exhibere dignabitur. Primũ autẽ naturã mouẽtis ⁊ mobilis: dehinc aliorũ conditiones eo ordine quo enumerata ſunt percurremus. Sunt autem (vt
Mouens imobile. rem ipſam aggrediamur) mouentiũ duo genera. Quoddam nãqꝫ cuncta mouens omnino imobile ꝑmanet. Diſci. Fortaſſe ipſum eſt qđ in ſuperioribus
Boetius principiũ effectiuũ dicebas. Magi. Idipſum eſt: de quo ⁊ Boetius libro. 3. metro. 9. philoſophice cõſolationis exclamat. O qui ꝑpetua mundũ ratione
Pſ. cj. gubernas. Terrarum celiqꝫ ſator: qui tẽpus ab euo Ire iubes: ſtabiliſqꝫ manens/ das cuncta moueri Et ꝓpheta regius: Mutabis ea ⁊ mutabunt: tu aũt
Jacobi. j. idẽ ipſe es. Jacobus quoqꝫ in canonica ſua ait: Apud quẽ nõ eſt tranſmutatio
Malach. iiij. nec viciſſitudinis obumbratio. Sed quid aliorum eget teſtimonijs: qui de ſe ipſo dicit: Ego dñs ⁊ non mutor. Malach. 3. Diſci. Num id rõne conuinci poteſt? Magiſter. Utiqꝫ nõ vna/ ſed pluribꝰ: vt eſt videre libro. 5. de trini.
Auguſtinus Auguſtini: ſimiliter ⁊ Ariſtoteles. 8. phyſicoꝝ imutabilitatẽ primi motoris
Ariſtoteles inueſtigare conatus eſt. Primũ equidem principiũ ſi moueret/ vtiqꝫ ab alio: aut a ſeipſo. Non ab alio: quia iam primũ non eſſet: cum id a quo moueretur

ipſum p̄cederet:qđ rurſus quia immobile nō eſſet ab alio moueret̃:fieretq̃
in mouentibus et motibus ꝓceſſus in infinitū:quē philoſophia reſpuit. A ſe
ipſo aūt ſi moueri dicat̃:in partem per ſe mouentē/et partē per ſe motā diui-
di neceſſe habet:et forma ꝑ motū acq̃renda carebit:quod de ſumma ſimpli-
citate et ꝑfectione ſentire q̄d turpius. Omnino igit̃ immutabilis eſt:q̄ eter-
nus/immenſus/ſimpliciſſimus/et ꝑfectiſſimus eſſe nō dubitat̃. Nā in eo mo-
tum in tp̄e aufert eternitas/q̄ tota ſimul eſt:motū in loco immenſitas/quia
vbiq̃ eſt:motū ad formā ſumma perfectio et ſimplicitas/q̄ nullius eget. Ve
runtū ſubſtantiā dei (vt inq̄t Aug. li. I. de trini. c. I.) ſine vlla cōmutatiōe mu
tabilia facientē/et ſine vllo tp̄ali motu tp̄alia creantē tueri et plene noſſe dif
ficile eſt. Ideo et nos q̄ in primis philoſophie elementis verſamur/id theolo
gie reſeruabimus. Diſ. Optime. aliud igit̃ mouentiū genus percurramus.

## De mouētibus mobilibus. Et qđ mouēs ꝑ ſe:quod ꝑ accidens. Cap. xxiiij. Magi.

Extra hunc q̄cunq̃ ſunt:q̄ nō de illo/ſʒ de nihilo facta ſunt/mutabi- Auguſtinus
lia ſunt inq̄t Aug. lib. 12. de ci. dei. c. I. vñ ſimpliciores in rebus crea
tis ſubſtātie:quas philoſophi intelligētias:theologi aūt ſp̄us an- Motus ange-
gelos et aīas dicūt (p̄ter eā mutationē qua ex bonis mali facti ſunt:quā ibi- lorum
dem latius ꝓſequit̃) mouent̃ et mouent alia. Omnes eñ ſi de angelis loqui Ad Heb. I.
mur/adminiſtratorij ſp̄us ſunt:miſſi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutis:
ait Ap̄ls ad Heb. Miſſi aūt vtiq̃ mouent̃:cum nō ſunt ſimul in celo et in ter
ra cū mittunt̃. vt vult Damaſcen⁹. Mouētq̃ eos ad q̄s mittunt̃. ſed hec q̄q̃
enucleati⁹ exq̄rere theologie eſt:nō noſtri epitomatis. Preterea igit̃ nōnulli
celoꝝ orbes q̄b⁹ p̄ſunt/ſine pena et fatigatione reuoluūt. vt viſum eſt li. 7. ſ.
Silr̃ ⁊ aīe corpora q̄ꝝ forme ſunt/mouēt. rurſus aūt celeſtia corpora ab intel
ligentijs mota/hec inferiora mouēt. Vñ et hunc mundū ſcʒ elementarē neceſ
ſe eſt eſſe ꝯtiguū latiōib⁹ ſuꝑiorib⁹:vt tota v̄tus eius inde gubernet̃. ait phi
loſophus Meteoro. li. I. Inter p̄tes aūt mūdi inferioris ꝯtinuā ⁊ mutuā mu Ariſtoteles
tationē eſſe/q̄s nō facile aſſentiat? Diſ. Nullus q̄ ſenſum nō negat. Magi.
Querere rationē et dimittere ſenſum/debilitatis eſt intellectus. Amplius Mouens ꝑ ſe
mouentiū quedā mouent ꝑ ſe/q̄dam ꝑ accidens. Per ſe mouēt q̄ non ratione
cuiuſcūq̃ alterius extrinſeci mouent. vt aīa corp⁹. et manus lapidē. Hec rur
ſus bip̄tita ſunt. Quoddā eñ mouet ꝑ ſe primo. i. ſm̄ ſe totū et quālibet ſui ꝑ
tē: et dr̄ mouēs principale. vt aīa mouet corpus. Aliud mouet nō ꝑ ſe primo
ad ſenſum datū/ſed ſm̄ aliquā ſui p̄tē. vt hō mouet lapidē pede/et baculum
manu. Diſ. Mouēs ꝑ accidēs qđ dicis? Ma. Quod mouet per aliqđ ſibi ex Mouens per
trinſecū ſiue per inſtrumentū. vt cauſe ſuperiores ꝑ inferiores:et forme ſub accidens.
ſtātiales per diſpoſitiōes qualitatiuas:et ſilr̃ artifex per ſua inſtrumēta.
Diſcipulus. Ad mobilia pergamus.

## De mobilibus:et motu naturali aīali et violēto et huius ſpeciebus. Cap. xxv. Ma.

Per ea que dicta ſunt de mouentib⁹/facile patebit natura mobiliū. Mobile ꝑ ſe.
Mobilium eñ quoddam mouet̃ ꝑ ſe:quoddā ꝑ accidens. Per ſe
moueri dr̄ mobile/qđ nō ratione extrinſeci alicui⁹ mouet̃. vt corp⁹

ab aīa ꝓpria.et rurſus:Hoꝝ quedã mouet̃ ꝑ ſe primo.i.ſm ſe totũ et quãlibet ſui partẽ.vt lapis motus deorſum et ignis ſurſum.Quoddam ſm partem.vt homo ſanari dicitur cuius pectus ſanat̃. Diſ.Per accidens qḋ mouetur? Mag.Quod ratione alicuius extrinſeci mutat̃.vt homo ad motũ na

Mobile per accidẽs.

uis in qua ſtat transfert̃.Eorum aũt que per ſe mouent̃ quedam a ſe mouent̃: quedam ab alio.A ſe quidem mouent̃ quecunq̧ a principio ſiue mouente intrinſeco mouent̃.Hec eĩ diuidunt̃ in partem ꝑ ſe motã/et in partem per ſe mouentem. Nihil aũt ſe mouet per ſe primo primitate totalitatis et adequationis.patet:quia moueri per ſe primo primitate totalitatis conuenit toti et cuilibet parti.et ſic ad quietẽ cuiuſlibet partis neceſſe eſt totũ quieſcere: primitas vero adequationis denotat cauſalitatẽ motus ineſſe primo toti preciſe:et ſic ad quietẽ vnius ꝑtis nõ neceſſario totũ quieſcit.cum aũt quieſcere/et nõ quieſcere ↄtradicant ſimul vni ineſſe non pñt: et per ↄſequens nihil idẽ ſe primo mouet primitate totalitatis et adequationis:ſed ratione vnius partis.vt aīal in quo aīa eſt pars per ſe mouens/corpꝰ pars ꝑ ſe mota. Anima

Motꝰ aīalis.

eſt mouens quo corpus eſt mobile quo:et totũ aīal eſt mouens et mobile qḋ. Et hic motus in principio et fine eſt remiſſus: et in medio intenſus: et aīalis dr̃.Quecunq̧ aũt ſunt huius gñis mobilia/ſicut ſeipſis ſunt cauſa mouendi ita et ꝗeſcendi.vñ et nullo extrinſeco ↄcurrente motũ initiare ⁊ ante terminum totalem ſiſtere pñt:et ſe ꝑ cognitionẽ mouent motibus diuerſis.Saluat̃ etiã per iã dictas diſtinctiones veritas illius vulgate ꝓpoſitiõis: Omne qḋ mouet̃/ab alio mouet̃. Diſ.Probe.Sꝫ de motu grauiũ et leuiũ quid dicis? Mag.Grauia et leuia ſimiliter in partem per ſe mouentẽ ſcꝫ formam ſubſtãtialem:et partẽ per ſe motã diuidunt̃. Forma autẽ per accidentia mouet. vñ

Auguſtinus

Aug.lib.11.de ciui.dei.c.28.Ita eĩ corpus pondere/ſicut animꝰ amore fert̃ quocunq̧ fert̃:ſiue deorſum grauitate/ſiue ſurſum leuitate.Horum motus in principio remiſſior eſt/et in fine intenſus:et naturalis dici ſolet/quia in ipſis paſſum vim ↄfert.Habent eĩ naturalem inclinationẽ ad loca ſua naturalia. vt eſt motus lapidis verſus centrũ.Veruntñ hec q̄r cognitione carent/diuerſis motibus ſeipſa mouere/aut ante terminũ totalem ſeipſa ſiſtere nequeunt: et vt ꝗbuſdam viſum eſt:motũ initiare ſine extrinſeco remouente ꝓhibens non pñt:ſed hoc forte nõ eſt niſi per accidens.vñ grauia et leuia actu grauitatem et leuitatẽ habentia et inchoatiue et continuatiue moueri pñt. De continuatione dubiũ non eſt.de inceptione vero patet ſi tante fuerint virtutis vt ꝓhibẽs remouere poſſint:vt ſi lapis grauis ꝗeſcat ſuper ligno fragili/ipſũ tandem frangit et deſcendit.Si vere tante virtutis nõ ſit:vtiq̧ motum inchoare non põt ſine adiutorio extrinſeci remouentis ꝓhibẽs:ſicut nec animal fortiſſimis vinculis conſtrictũ. Diſ.Ab alio vero que per ſe mouent̃? Magi.

Motus violentus.

Que a principio extrinſeco mouent̃ non conferente vim paſſo. vt lapis proiectus ſurſum.et hic motus violentus eſt:quia contra naturalem inclinationem mobilis.ideo eſt in principio intenſus ab impetu impreſſo a mouente:⁊ in fine remiſſior impetu iam deficiente.Et horũ alius eſt pulſio: aliꝰ tractio: alius vertigo. Diſ.Pulſio quis motus eſt? Mag.Is in quo mouens non deficit ab eo quod mouet̃:ſed toto tempore ipſum comitat̃.et eſt impulſio. Motus vero in quo mouens deficit ab eo quod mouet̃/expulſio eſt.ſub qua et expiratio continet̃. Di.Tractio aũt quis motus eſt? Mag. Is cum ad ſeipm̃ vel ad alterum velocior fit motus trahentis:nec ſeparat̃ ab eo quod trahit̃:

Pulſio
Impulſio.
Expulſio
Expiratio
Tractio

nec ſeparat ab eo quod trahitur. et continent ſpateſim: que eſt motus enſis ve
lociter moti. et radiationē ſiue kerkeſim: ꝗ eſt motus radij textoris: continet
et inſpirationē. Diſ. Vertigo ꝗs motus eſt? Mag. Compoſitus ex pulſu
et tractu. Vectione vero mobile nõ per ſe/ſed per accidens (q: in alio) mouet
Sane ne oīa intelligis? Diſ. Sane eq̄dem vt mihi videre videor. Sȝ eſt
qđ dubitationis ſcrupulum iniecit. Mag. Qđ eſt hoc? Diſ. Quonā mõ
in expulſionis motu mouens ab eo qđ mouet deficere poſſit. remoto etenim
mouente/mobile quieſcere neceſſe eſt: cum nõ ſit a quo moueatur.

Spateſis. kerkeſis. Inſpiratio. Vertigo. Vectio.

## Quomodo mouens eſt ſimul cũ moto: que ſimul: ſeparata: contigua: conſequenter entia: et que continua. Cap. xxvi. Magiſter

FOrtiter inſtas. nã mouens ſimul eſſe cum moto ab Ariſtotele. 7. phi
ſicoꝝ concluditur: ſed huius intellectus manifeſtus erit ſi ad hec que
de natura mouentiũ diſſerta ſunt/etiã que ſimul aut ſepata dici poſ
ſunt digeſta fuerint. Diſ. Simul igitur que dicis. Ma. quecũꝗꝫ ſunt in vno
loco proprio ⁊ adequato. vt lac ⁊ albedo ⁊ dulcedo eiuſdē. ⁊ hec ſimultas ad-
equationis dici ſolet. Diſ. Separata que ſunt. Mag. que in alio ⁊ alio loco
ſunt proprio. ⁊ hec rurſus trifrarie partiuntur. quedam eñ contigua: quedam
cõſequēter entia: ꝗdam aũt cõtinua dicuntur. Diſ. Cõtigua que ſunt? Ma.
[…]oꝝ vltima ſimul ſunt: vt orbes celeſtes ⁊ elemētoꝝ regiones. Orbes nem
[…] celeſtes/ſimiliter ⁊ elemēta locis proprijs ſepantur: vltima tamē eoꝝ ita
cõiungũtur/vt nullũ ſit corpus mediũ. ⁊ hec ſimultas imediationis noīatur
Qđ aũt dicitur: duo corpa dura ſine medio non poſſe ſe ꝯtingere/ſufficienter
oſtenſum nõ eſt: experiētia vero qua inter duas tabulas planas in ſuperficie
coniunctas et aque immerſas humiditas reperit (que vtiꝗꝫ ſine ſubiecto non
eſt) ex eo eſt: quia perfecte plane nõ ſunt: et fortaſſe ars hanc perfectionē non
attingit: quã tñ natura inter orbes celeſtes ingeniauit: ne ſi ibi aer vel aqua
neceſſario mediaret/continuo motu conſumeret. Diſ. Facile aſſentio. ſimili
ter et in his inferioribus/aciem mucronis lignũ ſine aere aut aqua media cõ
tingere poſſe haud dubito. Ad inſtituta igitur reuertentes/que ſint conſequē
ter entia edicito. Magiſter. Conſequenter entia ſunt que habent ſe per or
dinem/et eorum nullum eſt mediũ eiuſdem nature. vt domus prima et ſecun
da. Nam etſi inter has ſpacium ſit mediũ in quo vel lapis aut lignũ cõſiſtat/
naturam conſequenter entiũ non tollit. verũtamen preter hoc quod ſequitur
conſequēter ens dicitur ad precedens: et non econtrario. Si vero et hec ſe cõ
tigerint: habita dicũtur. Diſ. Probe. Veruntñ quod querebam ex his edo
ceas. Mag. In omni motu mouens proximum neceſſario eſt ſimul cum eo
quod mouetur. vel ſimultate adequationis. vt impetus cum lapide ꝓiecto.
aut ſimultate immediationis. vt trahens cũ tracto. Rurſus mouentia et mo
bilia prima qñꝗꝫ eſſe ſepata/ꝯtigua/aut habita ex dictis manifeſtũ eſt. non-
nunꝗ̄ vero ſunt etiã continua. Diſ. Harum definitionē nondum attuliſti.
Mag. Continua ſunt quorũ vltima ſunt vnũ. vt vna ſuperficies partes cor-
porum/et linea vna partes ſuperficierũ/et punctum vnum partes linearũ
continuat. In his namꝗꝫ terminus communis in quo partes copulantur/in-
diuiſibilis eſt: ideo ita principiũ vnius vt ſit etiam finis alterius.

Ariſtoteles. Simul. Separata. Contigua. Conſequēter entia. Habita. Continua.

## Cõtinuũ etſi diuiſibile ſit in ſemꝑ diuiſibilia ex diuiſibilibus tñ non eſt nec actu infinitũ. Capitulum.xxvij. Diſcipulus.

Ex talibus igiẗ ꝯtinui ſubſtantiã integrari aſſeris? Mag. Nequaq̃. Jlla eq̃dem indiuiſibilia in ꝯtinui cõpoſitione eſſent/vel ꝯtinua/cõtigua aut ꝯſeq̃nter entia. p̃ria duo dici neq̃unt. indiuiſibilia eq̃dẽ vltima nõ hñt q̃b⁹ ſe ꝯtingant: ſaltẽ ea ꝑte qua indiuiſibilia cenſenẗ. vt linea in latitudine: ſupficies in ꝓfundo: et punct⁹ in oĩ dimẽſione. Q; ſi tertiũ q̃s affirmauerit: medium interea diuiſibile aut indiuiſibile ꝯcedere neceſſe hꝫ. non aũt diuiſibile dicet: tũc em̃ ꝯtinuũ nõ ex indiuiſibilib⁹ ꝯſtaret. nec ĩdiuiſibile: eo ꝙ mediũ ꝯſequenter entiũ eiuſdem ratiõis eſſe nõ poſſit. Accedit ad hoc

Aristoteles quod Ariſto. in phyſicis de motu argumentaẗ. Dato nempe mobili ſuꝑ magnitudine cuius motus tꝑe trium inſtantiũ menſureẗ: rurſuſq̧ ſuꝑ eadẽ magnitudine in duplo velocius mobile voluaẗ: huius mot⁹ neceſſario medietate dati tꝑis menſurabiẗ. medietas aũt tꝑis trium inſtantiũ vno inſtante integro alteroq̧ dimidio ꝯſtat. ſic inſtãs nimiũ et indiuiſibile in duo partieẗ. ps aũt cum ſit minor toto/dabiẗ minus minimo. Alijs rationibus Ariſtoteles

Euclides p̃ſitam ꝯcluſionẽ affirmat. ſed cũ ipſa columna mathematice diſcipline eſſe videaẗ: qua lapſa totus Euclidis et ceteroꝝ mathematicorũ labor inanis et ſupuacaneus appareret: eãipſam hoꝝ baſibus fulcire fortaſſe nõ erit inutile




Diſ. Utiliſſimũ. Mag. Partẽ linee recte eſſe in ſublimi/et partem in plano impoſſibile/Euclides libro decimo ꝓbat. Linea igiẗ recta ſuper plano erecta/ipſum contingit aliquo quod nõ eſt pars eius: id aũt punctũ eſt indiuiſibile. Preterea ſigneẗ quadratũ a. b. c. d. et in eodem diameter b. c. in coſta quoq̧ a. c. ſigneñẗ duo puncta immediata de his que totã coſtam integrant: que ſint e. g. Et rurſus in coſta oppoſita ſigneñẗ alia duo puncta: que ſint. f. h. et a punctis e. g. ad puncta. f. h. ducanẗ due linee eque diſtantes ipſi baſi. c. d. ſcꝫ e. f. g. h. iſte ſecabunt diametrũ per quã tranſire neceſſe habent/vel in punctis immediatis/vel mediatis. non vtiq̧ immediatis: quia ſic non eſſent plura puncta diametri q̃ coſte: et ex ꝯſequenti diameter nõ modo non eſſet coſte aſſimeter. i. cõmenſurabilis: ſed etiam equalis: cuius impoſſibilitas li. 6. ſupra. c. 14. ex his q̃ habet Euclides in. x. ꝑpoſitione 5. et. 7. demonſtrata eſt. Diſ. Quid aũt abſurdi ſeq̃reẗ/ſi dictas lineas diametrũ nõ immediatis/ſꝫ mediatis punctis ſecare p̃miſſa ratione q̃s cõpulſus fateaẗ




Mag. Jd abſurdũ ſeq̃ manifeſtũ erit: ꝙ aut ꝯtra poſitionẽ/data puncta in coſta mediata fatebiẗ: aut rectis lineis equediſtantem ducere poſſe negabit: contra tredecimam primi. Sequela facile ꝓbatur: nam inter duo puncta mediata diametri ſignetur punctus medius qui ſit. k. a quo ducaẗ linea in directum/eque diſtans lineis. e. f. et. g. h. hec ſecabit coſtam vel in puncto. e. vel g. nec ratio eſt quare potius in vno q̃ in alio/immo in neutro. equediſtantium equidem natura eſt: nõ concurrere ſi in infinitum protrahanẗ ex vltima definitione primi Euclidis.

Neceſſario igit̃ aſſignãdus eſt punct⁹ medius inter e. et g. in quo linea ducta
a pũcto diametri k. ꝯtingat coſtã. a. c. ſic puncta. e. g. nõ erunt imediata. Diſ.
Iã inueniſſe mihi videre videor/ quo totũ id argumentũ de diametro et co-
ſta infringã. Mag. Audiam. Diſ. Quãlibet lineaꝝ a coſta in coſtã ductã/
diametrũ non in puncto (vt aſſerit) ſed plus q̃ in puncto ꝯtingere/ ex eo vi-
detur: ꝙ non perpendiculariter/ ſed ex obliquo ſup ipſam incidunt. Magi.
Sic partẽ linee recte in plano et partẽ in ſublimi eſſe fateberis. qđ vt premi-
ſimus Euclides impoſſibile dicit. Qualitercũqꝫ igitur linea lineã ſecet/ non
plus q̃ in puncto ſecare põt: qꝛ latitudinẽ non habet: ex eo etiã eandem lineã
ſimul in diuerſis ſuꝑficiebus ꝯſiſtere libro ſexto ſupra demonſtrauimus. Di
ſcipulus. Memini. Mag. Rurſus prefixa ꝯcluſio alio medio dilucidanda ve
nit. Sint duo circuli maioꝛ b. et minoꝛ c. ſuper eo-
dem centro a. ſint quoqꝫ puncta immediata in peri
feria maioris circuli b. d. a q̃bus ducant̃ due linee
recte ad centrũ a. q̃ neceſſario tranſibunt per peri-
feriã circuli minoris c. hanc igit̃ interſecabunt vel
duobus punctis/ vel vno et eodem tm̃. ſi in duob⁹/
erunt tot puncta in periferia circuli minoris/ quot
in periferia circuli maioris. ſic circuli dati erunt e-
quales: qꝛ habent partes numero et magnitudine
equas: numero q̃dem/ qꝛ tot puncta ſunt vni⁹ quot
alterius. magnitudine aũt: qꝛ punctus puncto ma-




ioꝛ eſſe nequit. Diſ. Dicetur igit̃ datas lineas periferiã minoris circuli in eo
dem puncto tranſire. Mag. Sic linee recte a circũferentia ad centrũ ducte
extra centrũ concurrent: quod eſt contra rationẽ et circuli et centri. aut pun-
ctũ ipſius ꝯcurſus in periferia minoris circuli/ centrũ amborũ circuloꝝ erit
(idem eñ centrũ habent) qđ abſurdiſſimũ eſt. Rurſus ducatur alia linea a
puncto e. immediato puncto d. ad centrũ a. vel interſecabit periferiã mino-
ris circuli in alio puncto q̃ linea d. a. vel in eodẽ. Si in alio/ ſequit̃ idem qđ
de lineis b. a. et e. a. ꝯcluſum eſt. Si in eodem: igit̃ linee tres b. a. d. a. et e. a.
in eodẽ puncto periferie ꝯcurrunt. et ꝯſequẽter eadem ratione quelibet linea
a pnucto immediato periferie maioris circuli ad centrũ a. ducta/ in periferia
minoris circuli cũ datis lineis ꝯcurret: eritqꝫ periferia minoris circuli pun-
ctus vnus: ſic circũferentia equalis centro. Alia incõuenientia nõ minus ab
ſurda adduci poſſunt ex naturis anguloꝝ et triangulorũ: que breuitatis cau-
ſa collibeat tranſire. Di. Libet. Cui eñ que dicta ſunt nõ ſatis faciunt: que
cunqꝫ adduci pñt eque aut minus perſuadebunt. Sed reſtat quod lineam ex
punctis compoſitam arguere videt̃ manifeſtius. Sphera equidem perfe-
cte planũ non niſi in puncto tangit: hec itaqꝫ ſuper plano mota/ ipſum ſemꝑ
in alio et alio puncto contingit: ſicqꝫ lineã ex punctis his compoſitã motu
ſuo deſcribit. Magi. Hec ipſa eſt argumentatio que partẽ aduerſam forti-
us tueri viſa eſt: ſed citius diſſoluetur ſi vna partiũ que aſſumpta eſt ſane in-
telligetur. Diſ. Que? Mag. Hec Sphera motu ſuper plano ipſum ſemꝑ
in alio et alio puncto cõtingit. vñ cum hic motus ſphere fiat in tempoꝛe/ ſen-
ſus propoſitionis date eſt: in omni tempoꝛe ſphera planum in puncto contin-
git: quod falſum eſt. coꝛreſpondent eñ tempus/ motus et magnitudo in quã
titate. ſicut ergo ſphera planum nõ niſi in puncto indiuiſibili tangere poteſt

ſic le contactus nõ niſi in menſura indiuiſibili fieri habet. vt eſt inſtans tpis.
Verũ eſt itaqꝫ ſpheram ſuper plano motã ꝑ quolibet indiuiſibili tpis motũ
eius menſurantis/planũ in alio et alio puncto ↄtingere. inter quelibet autẽ
duo inſtantia eſt tp̃s medium. fit itaqꝫ/vt ſicut tp̃s non ex indiuiſibilibus: ſic
nec linea in plano a ſphera in eodem tempore deſcripta.

## Continuum diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia: non tamen poteſt eſſe actu infinitum. Capitulum XXVIII. Magiſter.

Ex his (vt tandem me colligã) ↄcludit̃: ↄtinuũ diuiſibile eſſe in ſempꝰ
diuiſibilia. qd̓ et Augu. diſſeruit in libro de vera religione. Diſ. In
Auguſtinus finitũ eſt igitur? Mag. Infinitũ quidem potentia/non actu. Diſci.
Quare non actu? Magi. Omne continuũ quantum eſt: cuius ſpecies ma-
gnitudo et multitudo cenſent̃: magnitudo aũt omnis figurata eſt: terminoqꝫ
Continuũ nõ vel terminis clauditur. vt linea punctis. ſuperficies lineis. et corpus ſuperfi-
eſt actu infini ciebus. Multitudo vero omnis etſi in infinitum per additionẽ aut multipli-
tum cationẽ creſcere poſſit/actu tamen numerata eſt: ſaltem illi (inquit Auguꝰ.
libro de ciuitate dei. 12. c. 18.) de quo in pſalmo canitur: Et ſapientie eius nõ
Idem eſt numerus. Oppoſito itaqꝫ modo ſe habent magnitudo et multitudo. illa ꝑ
Pſ. cxlvj. diuiſionẽ ad indiuiſibile nunꝙ̃ deducit̃/nec additione in infinitũ creſcere po-
Magnitudo teſt: iſta diuiſione ad indiuiſibilem vnitatẽ redigitur/et additione cremẽti fi-
Multitudo nem non accipit. ſic illa diuiſionis/iſta vero additionis potentia infinita cen-
ſetur. contraria enim vis eſt numeri intellligibilis et ſenſibilis. vt inquit idẽ
ad Nebridiũ ſcribens. Ille enim cũ infinite creſcat/non tamen infinite mi-
nuitur. nam non eum licet vltra monadem. i. vnitatẽ reſoluere. contra ſenſi-
bilis: nam cũ non ſit aliud ſenſibilis numerus niſi corporeorũ vel corporum
quantitas: minui quidem infinite/ſed infinite creſcere nequit. Et ideo fortaſ-
Diuitie. ſe merito philoſophi in rebus intelligibilibꝰ diuitias ponũt: in ſenſibilibus
Egeſtas. egeſtatẽ. Quid enĩ erũnioſius ꝙ̃ minꝰ atqꝫ minus ſempꝰ poſſe fieri? quid diti-
us ꝙ̃ creſcere quantũ velis? hec ibi. Diſ. Infinitudini additionis in multi-
tudine facile q̃dẽ aſſentio: magnitudinis aũt in diuiſione nõ oĩno fidem ha-
beo. data nẽpe magnitudo bipedalis/per ablationẽ partis pedalis et itẽ pe-
dalis ſtatim abſumit̃. Mag. Non indocte de ꝑtibus eiuſdem q̃titatis argu-
mẽtaris. qd̓ aũt de diuiſiõe ↄtinui deductũ eſt/de ꝑtibꝰ eiuſdẽ ꝓportionis ac-
cipiendum eſt. hec ſunt ea harmonia coniuncte: vt queadmodum ſecunda pri-
mam reſpicit/ſic tertia ſecundã complectit̃: vt cũ data bipedalis magnitudo




in pedalẽ et pedalem ꝑtit̃: et rurſus ſcd̓a pedalis in
ſemipedalẽ diuidit̃. ſicut enĩ pedalis medietas eſt
bipedalis. ſic ſemipedalis medietas eſt pedalis: et
vbiqꝫ ꝓportio dupla. In has ꝑtes ↄtinui diuiſio in
infinitũ ꝓgredit̃: nec poſſibile erit hanc diuiſionis
potentiã ſimul in actu eſſe deductam. ſemper enim
pars vna in alias duas medietates diuiſibilis eſt. Diſ. Erit itaqꝫ continuo
actu infinitũ: cum actu in ſe complectet̃ partes eiuſdem ꝓportionis infinitas.
Ma. Scite infers. At vero cũ he ꝑtes actu ſimul in continuo ↄſiſtentes/actu
ſeparate eſſe nõ poſſint/actuale infinitũ non ↄſtituũt: cuius natura eſt actu ha-

here partes infinitas ſeꝑabiles ⁊ eiuſdem molis. Et id fieri foꝛtaſſe nequit: ſi
eñ fieret/creatura eſſet ⁊ coꝛruptioni obnoxium: quia vero in eo virtus infini
ta/ipſum a creatoꝛe equalis virtus coꝛrũpi nõ ꝑmitteret: ſic ſimul ⁊ coꝛrupti-
bile ⁊ incoꝛruptibile eſſet. Ipſum aũt equalis virtutis cũ creatoꝛe eſſe ex eo
arguit. Quoꝝ exceſſus ad aliqđ tertium ſunt equales/ipſa inter ſe equalia/
erunt: infinitoꝛum ad finitum exceſſus vtrobiq3 eſt infinitus: igitur infinita
erunt equalia.

## De termino a quo motus: et definitione quietis. Capi. XXIX Magiſter.

Ultra q̃ volebã calamus auolauit: ac pene epitomatis limites ex-
ceſſit: reuertat igit ad inſtituti tramitẽ celerius: ⁊ qđ reſtat exaret
cõpendioſius. Diſci Optime: ſed qđ in ꝑmiſſoꝝ oꝛdine ſequit/ter
minus a quo motus ꝑtitulatũ eſt. Magiſter Terminũ a quo motus dicim⁹ Terminus a quo
a quo mobile moueri incipit quẽ ſi ꝓ primo ⁊ foꝛmali accepꝛimus/ſolã pri-
uationẽ foꝛme ꝑ motũ inducẽde dicit: vt motũ illuminationis oculi/termin⁹
a quo eſt cecitas. ꝓ materiali aũt ⁊ terminũ foꝛmalẽ cõcomitante/terminus
a quo motus/denominat ſubiectũ foꝛma inducẽda priuatũ. Hic in generatio
ne ſubſtãtiali eſt nõ ens: nõ quidẽ ſimplr/ſed nõ ens in actu foꝛmali ⁊ ſpecifi
co: vt materia prima in coꝛruptione/⁊ in alijs motib⁹ eſt ens in ſpecie cõple-
tũ: vt in motu calefactionis eſt aqua/aer aut aliquid tale mobile/qđ in termi Quies
no a quo exiſtit ꝓprie quieſcit. Quies nãq3 priuatio mot⁹ eſt ei⁹ qđ motu ca-
ret: eo loco ⁊ tempoꝛe quibus natum eſt moueri: ⁊ ſm eam diſpoſitionem qua
natum eſt moueri.

## De termino ad quẽ mot⁹. Ca. XXX. Diſ.

Terminus ad quem motus/quid eſt? Magiſter. Foꝛma per motũ Terminus ad quem.
acquiſibilis: cõtrariũ habẽs: gratia ſui/⁊ nõ alterius cuiuſcũq3 mo-
tum terminans: nec aliquid eundem vel alium motum terminaſſe
prerequirẽs/ſed motum per quẽ ſucceſſiue introducitur per ſe finiens: vt ſunt
foꝛme nõ quoꝛũcũq3 generum/ſed foꝛme quantitatis: qualitatis: vbi. ⁊ foꝛtaſ
ſe ab his foꝛme ſubſtantiales non ſunt omnino excludente. Et quidem de ter
mino primo ad quem accipere premiſſa admonet deſcriptio. Nam termini
concomitantes/ſubiecta ſunt a dictis foꝛmis denominata. Contrarietatem
etiam/non ea tñ que eſt inter duo poſitiua ſe mutuo ab eodem expellentia/
motus requirit: ſed ea qua habitus ⁊ priuatio opponuntur ſufficit. Prima
equidem ſolis/nec tamen omnibus qualitatibus competit: hanc autẽ in om-
ni genere reperiri contingit. Omni enim foꝛme oppoſita eſt priuatio: in eo in
quo talis foꝛma non eſt/ſed eſſe poteſt. Sed alie que ſequuntur in definitione
particule/alioꝛum generum foꝛmas excludunt. Unde actio ⁊ paſſio qui reſpe
ctus ſunt extrinſecus aduenientes/in ſubiecto non ſunt: niſi foꝛma aliqua ab
agente in paſſum producta motum terminauerit. Similiter ⁊ quedam quali-
tates ad motus alioꝛum introducuntur: vt ſanitas ad motum humoꝛum.
Relationes autem in aliquo acquiruntur qđ omnino mutatum non eſt vnde
nummus (inquit Auguſtinus de trinitate libꝛo quinto caplo vltimo.) poteſt
nulla ſui mutatione multotiens dici relatiue: vt neq3 cum incipit dici/neq3 cũ
deſinit aliquid in eius natura vel foꝛma qua nũmus eſt mutationis fiat.

Sic ſimilitudo in hac papyro eſſe incipit ſi paries dealbat̃:cui papyrus ſimi
lis eſſe poſſit. plurime aũt alioꝝ generũ forme partibiliter non induecuntur.
Diſ. Et itidem de vbi videt̃ ſentiendum:ni ſucceſſionẽ in eo manifeſtius oſtẽ
das. Mag Relationũ partibilitatem in ſubiectis earundem percipere poſ
ſumus ſi quanta fuerint: Cum itaqꝫ corpori locãti (qđ vtiqꝫ diuiſibile eſt) cor
pus locabile ſit pñs: non totũ ſimul toti loco/ſed pars pti/aut totũ ẜm ptem
alteri et alteri parti locantis applicat̃ quapropter ipſum vbi tali ſucceſſio
ne partibiliter acquiri et ad extenſionẽ ſui ſubiecti extendi neceſſe eſt. Diſ.
Succeſſionẽ igitur nõ in locante aut locato/ſed in ipſo reſpectu quẽ vbi dici
mus ſiue locũ formalem conſiſtere pretendis. Mag. Scite. De formis aũt
ſubſtantialibus paulo poſt diſſertabimus. nunc ſpecierũ motus et nomina ⁊
diſtinctionẽ annotare libet. Diſ. Probe.

## De noĩbus et diſtinctiõe ſpecierũ motꝰ. Et quõ augmentatio et diminutio differunt a rarefactione et cõdenſatione. Ca. xxxi. Magi.

Ariſtoteles
Generatio
Corruptio
Motus
Subiectum.
Nõ ſubiectũ.

Mutatio ab Aſtriotele. 5. phyſicoꝝ trifarie partit̃. Quedã nãqꝫ
eſt de nõ ſubiecto in ſubiectũ. et Generatio dr̃. altera de ſubiecto
in non ſubiectũ oppoſita priori. et Corruptio appellat̃. tertia ve
ro de ſubiecto in ſubiectũ. et Motus ꝓprie cenſet̃. Subiectũ aũt dicit ens af
firmatiue demonſtratũ. i. in actu formali ꝯſtitutũ. Non ſubiectũ aũt ens eſt
in potentia nõ pura/ſed in potentia ſubiectiua: actu tñ exiſtit in reꝝ natura.
vti eſt materia prima. Patet igitur in quo generationẽ et corruptionẽ a mo
tu ſecludit. Rurſus aũt motum quẽ in quantitate/qualitate et vbi repertum
aſſerit nominibus diſcriminat. Añ eum q̃ eſt de quantitate minore ad maio
rem/augmentationẽ: oppoſitũ autem diminutionẽ vocat. quod q̃dem ita ac
cipiendum eſt: vt in augmẽtatione cũ quantitate etiam materiã addi: et in di
minutione cũ quantitate materiã diminui intelligamus. per hoc eñ a rare
factione et condenſatione differre dinoſcunt̃: in q̃bus nec quantitas nec ma
teria additur aut demit̃: ſed eadem quantitas in rarefactione magis exten
ditur. et extenſa per condenſationẽ comprimit̃. Sic rarefactio eſt mutatio a
ſeipſo minus extenſo ad ſeipſum magis extenſum. Et cõdenſatio eſt mutatio
a ſeipſo magis extenſo ad ſeipſum minus extenſum. patet in lacte bulliente/
⁊ rurſus infrigidato. De augmẽto qđ in aĩatis fit/poſt hec tractabimꝰ. Am
plius motũ q̃ eſt in qualitate/alterationẽ: ipm vero q̃ in vbi eſt/loci mutati
onẽ dicere ꝯſueuimus. Harũ deſcriptiones lib. 2. in mediũ tulimus. Sed hic
de naturis alterabiliũ/generabiliũ/et corruptibiliũ latius diſſerendum eſt

Augmẽtatio et Diminutio — Rarefactio — Condenſatio

## De naturis alterabiliũ: generabiliũ: corruptibiliũ actione directa: reflexa: vniuoca: equiuoca: et actꝰ diuerſitate. Ca. xxxij. Diſ.

Alterabilia

Alterabilia que dicis? Ma. Entia naturalia cõtraria/actiua et paſ
ſiua ad ſeinuicẽ. Naturalia q̃dem ſunt: vt in materia ꝯueniant. Cõ
traria autẽ: vt agant et patiant̃. Nihil eñ omnino ſimile in ſimile/
nec oĩno diſſimile in diſſimile agit. Conueniunt igit̃ alterabilia in materia
indifferenti ad vtriuſqꝫ formam. formis aũt diuerſa ſunt: vt mutua inter ea

cauſari poſſit actio ꝛ paſſio. Attamen nihil prohibet idem in ſimile ſpecie et
gradu diſſimile agere: vt magis calidū in minus calidū: ꝛ hoc quidē actione
directa ꝛ vniuoca. Nam actione reflexa etiam eadē qualitas ſeipſam intēdit:
vt calor fontiū hyemali tēpore ꝓpter circūſtans frigus ſeipm̄ fortificat. Si-
militer eadē qualitas in ſpecie ꝛ gradu in materia denſa/ in oīno ſimilē in ſpe
cie ꝛ gradu exiſtentē in materia rariore agere pōt. Virtus eñ vnita fortior
eſt ſeipa diſperſa. Diſci. In omnibus igit̄ his aliqualis diſſimilitudo repe
riri pōt: aut rōne circūſtātis/ aut materie ſubiectantis. Magi. Argute ſin-
gula ꝑpendis. Diſci. Sed ſi qualitates ſeparate eſſent (ſicuti dudum circa
altaris myſteria fide tenendum docuiſti) num agere ꝛ pati poſſent? Magi.
Contrariū dicere experientia ꝓhibet. Diſci. Non eſt igitur neceſſariū alte-
rabilia in materia cōuenire: quia qualitates ſepate materiā nō habēt. Ma
giſter. Actu quidē materiā non habent: aptitudinē tamen in ea cōmunicant.
Diſci. Vniuoca aūt quare in premiſſa limitatione adiectum eſt? Magiſter. Actio equi-
Quia in actione equiuoca qua alia forma in ſpecie a forma generantis indu- uoca
citur: actiua ꝛ paſſiua in materia communicare neceſſe non eſt: vt cum celum
agit in hec inferiora motu/ lumine ꝛ influentia. Celum eñ pbus īmateriale Vniuoca.
credidit. In actione aūt vniuoca: qua eadem forma in ſpecie cum forma gene
rantis inducit̄ actiua ꝛ paſſiua: non modo in materia cōicant/ ſed ꝛ actiua a Reflexa
paſſiuis repati pūt ſi virtus reſiſtiua nō ſit maior vel equalis virtuti actiue
patiētis: nec per aliqd̄ aliud fortificata ꝛ in debita diſtantia applicata. Debi
te aūt applicata tunc erunt ſi mutuo tactu ſe contingunt. Diſci. Tactū quid
dicis? Magiſter. Naturarū indagatores triplicē tactum diſtinguere ſolēt:
mathematicū videlicet/ phyſicum ꝛ virtualem. Diſci. Mathematicus qs Tactus ma-
eſt? Magiſter. Is quo due pluresue magnitudines ſe tangunt ſine actione thematicus
ꝛ paſſione naturali: ſic lineā contingere ſuperficiem/ ꝛ circulū circulū/ ſpheram
ſpherā libro ſexto ſupra dictū eſt. Diſci. Phyſicus autem tactus quorū eſt? Phyſicus
Magiſter. Eorū quorū diuiſis magnitudinibus vltima ſimul ſunt/ ipſis exi
ſtentibꝰ actiuis ꝛ paſſiuis adinuicē: vt cū ignis tangit lignū. Indiuiſibile aūt
per hoc qd̄ adiectū eſt/ diuiſis magnitudinibꝰ excludit̄: hic tactus in actione
naturali ꝛ vniuoca requirit̄. Diſci Virtualem quē dicis? Magiſter. Con-
tactū non magnitudinū/ ſed qualitatū ꝛ virtutū/ eorū que ad ſe agunt ꝛ patiū
tur: vt cū magnes attrahit ferrum: ꝛ generaliter quo agens ſupra paſſum ha
bet virtutē. Hic inter omnia mouentia ꝛ mota neceſſarius eſt. Cum autē triſti
ciam nos tetigiſſe dicimꝰ/ metaphorice de tactu loquimur. Qm̄ vero nōnunq̄
mutua actiōe ꝛ paſſione alterabiliū/ tertiū quiddā generat̄ aut corrūpit̄: ge-
nerationis ꝛ corruptionis conditiones latius diſcutere fortaſſe non erit om-
nino ſuperuacaneum.

## De Generatione ꝛ corruptione quō diffe- rūt a creatiōe et annihilatione: inſup q̄d generatio ſimpliciter: ſcd̄m quid: ſtatim et non ſtatim: et ſi in eodem compoſito poſſint eſſe plures forme ſubſtantiales. Ca. XXXIII. Diſ.

GEnerationem mutationem a nõ eſſe ad eſſe: Corruptionem ab eſſe ad non eſſe libro ſecundo ſupra definieras. Magiſter. Probe. Hic aũt eadem repetẽda cenſui: vt planiora fiant. Non eñ intelligendũ eſt vel generationẽ a ſimpliciter non eſſe incipi: vel etiã corruptionẽ ad purũ nihil terminari. quorũ primũ creationi: ſecundũ autẽ annihilationi deputatũ eſt. Ut aũt qđ volo enucleatius accipias: duplicẽ generationẽ ab Ariſtotele

Ariſtoteles — diſtinctã proſequamur. Prima eſt generatio ſimpl'r: altera ſm quid. Diſci.

Generatio ſimpl'r. — Generatio ſimpliciter que eſt? Magi. Generatio ſubſtantie per hanc nempe aliquid vel ſimpl'r eſſe incipit qđ prius nõ erat: vel quia per eam forma ſub-

Simpl'r dictum — ſtantialis acquirit̃: ea qua res ſimpl'r & ſine addito denoiat̃. Simpl'r eñ dicit̃ qđ ſine addito dicit̃: vt cũ ex aere generatur ignis. Corruptio aũt ſimpl'r eſt

Corruptio ſimpl'r. — per quã tale eſſe vel forma ſubſtantialis deperdit̃: vt cũ ignis in aerem corrũpitur. Diſci. Generatio ſm q̃d que eſt? Magi. Generatio accidentis: qđ

Generatio ſm quid — ſubiecto in quo generat̃ dat eſſe / nõ quidẽ ſimpl'r: ſed tale / & ipm cũ addito denominat: vt calor via alteratiõis in aquã introduct⁹ / dat aque nõ eſſe aqueũ /

Accidens nõ eſt / ſed ineſt — ſed calidũ: nec dicit̃ aqua genita ſimpl'r / ſed aqua calefacta. Accidens aũt qđ hac generatiõe ꝓducit̃ / eſſe ſimpl'r accipit: quia qđ nõ erat generatur: habet eñ eſſe diſtinctũ ab eſſe ſui ſubiecti: ſed via nature extra ipm nec conſiſtit nec generat̃: ideo nõ eſſe: ſed in eſſe dicit̃. Per oppoſitũ de corruptione ſm quid

Generatio ſtatim — ſentiendũ eſt. Generatio vero ſimpl'r dicta rurſus bifarie ſcindit̃. Quedam eſt eñ per quã in primã materiã ſubſtantialis forma ſtatim introducit̃: & corruptione oppoſita / omnis forma vſq; ad materiã primã rurſus ſeparat̃. Hãc Ariſtoteles ab alteratione diſtinguens ait: Generatio eſt mutatio huius totius in hoc totũ / nullo ſenſibili manente eodẽ & ſubiecto: vt cũ ex aere fit ignis totus aer in totũ ignem tranſmutat̃: accipiẽdo totũ cathegorematice / nõ aũt ſyncathegorematice: nõ eñ quelibet pars aeris in quãlibet partẽ ignis conuertit̃: manet equidẽ eadẽ materia prima q̃ prius erat ſub forma aeris: nunc ſub forma ignis: ſed hec ſenſibilis nõ eſt: vt altera deſcriptionis particula explicat. Cũ igit̃ materia via nature ſine formis eſſe nõ poſſit: neceſſe eſt vt corruptionẽ vnius generatio alterius ſubſequat̃. Hinc dici ſolet: Generatio vni⁹ eſt corruptio alterius: nõ quidẽ effectiue / ſed cõſecutiue. Tali circulationi peripatetici mundũ perpetuare conant̃: motus celeſtis p̃ſuppoſita ꝑpetuitate: de qua hic differendi locus nõ eſt. Alia eſt generatio ſimpl'r: qua forma ſub-

Generatio nõ ſtatim — ſtantialis nõ ſtatim in materiam primã inducit̃: ſed in compoſitũ ex materia prima & forma ſubſtãtiali cõmuniore: vt cũ anima corpori phyſico & organico vnitur. Similiter corruptio huius nõ ſtatim vſq; ad materiã primã protenditur.

Forma cadaueris. — Forma aũt cadaueris que in receſſu anime in corpore reperit̃: nõ eſſentialis / ſed accidentalis eſt: ſub qua corpus in vlteriorem incinerationẽ continuo tendit. Patet itaq; differentia generationũ ex parte ſubiectoꝝ & terminorũ. Subiectũ eñ generationis ſimpl'r & ſtatim / materia prima eſt: ſubiectũ autẽ generationis ſimpl'r nõ ſtatim / ſimiliter & generationis ſm quid compoſitũ eſt. Rurſus terminus partialis generationis ſimpliciter / forma ſubſtantialis eſt: & terminus totalis totum compoſitum ſubſtantiale. Materia autem non generatur terminatiue / ſed ſubiectiue. Terminus autem partialis generationis ſm quid (que alteratio dicitur) eſt forma accidentalis: totalis vero terminus eſt compoſitum ex ſubiecto & accidente / tali forma. Diſcipulus. Continue pauliſper: nam ſi per generationem non ſtatim forma ſubſtantialis

in compoſitū ſubſtantiale inducitur: eadem res duo eſſe ſubſtantialia / ſicut ⁊ duas formas habebit: qḋ ſcurrili ioco ſimillimū eſſe videt. Magi. Mordacius inſtas: ſed nodum tue argumētationis tuipſe ſolues ſi diſtinctionē formarum ⁊ eſſe aīaduertere dignaberis. Diſcipulus. Auſcultabo ꝙ̄ diligēter. Magiſter. Formarū ſubſtātialiū quedā generica eſt: quā corporeitatis dicūt: dans eſſe ſubſtātiale corporeū genericū ⁊ incompletū: per quā res nullius ſpeciei ſpecialiſſime indiuiduū conſtituit: vt corpus organicū ante anīe aduentū ſubſtantia corporea eſt: ⁊ vt quibuſdā placet ſenſitiua: ⁊ ſic animal ſed nec homo / aſinus / leo ⁊ ſic de alijs ſpeciebus aīalis. Alia eſt forma ſubſtātialis ſpecifica dans eſſe ſubſtantiale ſpecificū completū: per quā ⁊ res certe ſpeciei ſpecialiſſime aſcribit. vt anima rōnalis adueniens corpori organico ipſum humane ſpeciei ſubijcit. Diſcipulus. Unius ergo cōpoſiti plures formas ſubſtantiales eſſe aſtruis: a quarū vltima eſſe tm̄ completū ſpecificū et ab alijs diſtinctū accipit. Magiſter. Idipſum dicere volebam. Hec autem forma generica / quā ⁊ corporeitatis formā aiunt / partiales formas partiū: vtputa ſanguinis / oſſis carnis ⁊ ſimiliū complecti videt: ⁊ in ſolo compoſito animato reperit. Diſci. Eam negare amplius haud rationi conſentaneum videtur. Idem nempe corpus animalis qḋ erat: viuo etiam poſt anime diſceſſum video: magis autem hanc identitatem ex accidentibus eiſdem que viuo inerant / ⁊ iam quoqꝫ manent deprehendo. vtputa cicatricem eandem: nec illa materie prime immediatius inherere facile crediderim: ne vel compoſitioni prime ſecundā ꝓferamus: aut ſubſtantiā nō omnino accidenti priorem fateamur. Magiſter. Pluribus hec poſitio argumentis / tum naturalibus / tum theologicis obfirmari poſſet. Terminū equidem tranſubſtantiationis in altaris ſacramento materiā primā / aut etiam accidentibus ſolum affectā quiſtute affirmabit? Quis idem corpus chriſti / qḋ aſſumpſit de glorioſa Maria virgine: qḋ pependit in cruce / iacuit in ſepulchro ⁊ ad dexteram patris conſcendit: contra determinationē ſancte matris eccleſie negabit? c. omnia cū ſequentibus de ꝯſe. diſt. 2. Uerūtamen quia in parte aduerſa defenſores ſunt acerrimi / cum quibus non hic confligendi locus eſt: qḋ reſtat theologie reſeruantes / vnde digreſſi ſumus celerius reuertamur. Diſcipulus. Optime. nā ſupereſt quod fortius me angit cuius determinationi hic locus conuenietiſſimus videtur. Magiſter. Age paucis edicito qḋ habes.

Formā generica.

Forma ſpecifica.

## Unde forme producantur opiniones diuerſe: et quid interſit inter creare ⁊ actionē nature. Capitulū XXXIIII

Diſci. Ex quo / a quo / aut quanta ſit mora inductionis forme ſubſtātialis nōdum ex dictis colligere poſſum. Magiſter. Ampliſſimum huius dubietatis campum luſtrare operoſum eſt: in quo nimirū multorū phorꝫ agmina diuerſo calle incedere conſpiciunt. Primo occurrit platonicorum caterua: aſſerens ab intelligentijs omnium formas deſcendere: ⁊ ſm̄ merita ⁊ diſpoſitiones materie / alijs nobiliores / alijs imperfectiores infundi. Hinc ſummum deorum ad conditorios deos ſiue intelligentias loquentem inducit. Horum ſementem ego faciam: vobiſqꝫ tradam: vos autem exequi

Unde forme ꝓducunt.

Opinio platonis.

Lib.cauſarū par eſt. Hinc ⁊ in libro cauſarū dictum aiunt: Omnis intelligentia eſt plena
ꝓpoſitiõe. ix. formis: qđ tamen de ſpeciebus rerū ipſis concreatis accipit̃ ex eo qđ ibidem
ſequit̃. Ex intelligētijs ſunt que continent formas minus vniuerſales ⁊ ex eis
ſunt que continent formas plus vl̃es. Rurſus autem ad formas vl̃es ſepara
tas/quas cōcedit ꝑpetuas ⁊ principiū ſcientie ⁊ generatiōis/cetere forme in Uniuerſale in
generatis fieri habent: ſicut calcei formant̃ ad paradigma ligneū: qđ tamen re/poſt rem/et
extra calcei eſſentiā manet: hoc eſt qđ aiunt vniuerſale ante rem: forme autē ante rem
materie impreſſe vl̃e ſunt in re: a quibus tertiū ꝑ abſtractionē accipit̃ qđ vl̃e
poſt rem appellari ſolet. Alterius ꝓgrediētes aduenīūt qui formas omnes
Opinio in materia latitare/⁊ actione efficientiū cauſarū in ꝓpatulū ꝓdire autumāt:
Anaxagore ad hunc ſenſum Anaxagorā quodlibet eſſe in quolibet ſcripſiſſe aiunt. q̃uis
Tertia ⁊ id habere videat̃ longe pregnātiorē intellectū: quē hic relatū iri locus non
opinio eſt. Sequūtur qui nō omniū formas in ſingulis latere: ſed ſingulas in ſingu-
lis nō quidem in eſſe expleto/ſed in rationibus ſeminabilibus eſſe fatent̃. Id Aug⁹. de tri.
fortaſſe nō oīno extraneū erit ab his que diuus Auguſtinus li.3. de tri. diſſe- li.3. ca.18.
ruit/dicens: Omniū quippe rerū que corpaliter viſibiliterqꝫ naſcunt̃/occulta
quedā ſemina in iſtis corporeis mūdi huius elemētis latent. Et paulo poſt:
Quoniā quecūqꝫ naſcēdo ad oculos noſtros exeunt/ex occultis ſeminib⁹ ac-
Idē lib.5. et cipiunt ꝓgrediēdi ꝑmordia: ⁊ incremēta debite magnitudinis: diſtinctiōeſqꝫ
6. ſup Geñ. formarū ab originalibus tanq̄ regulis ſumunt. Et ſup Geñ. ad literā. lib.5.
et.6. late eandē ſententiā explicuit: ⁊ nos lib. ſequēti cū de origine rerū agen- Quarta
dum venit hec diffuſius tractabimus. His a tergo ſequūtur: qui quidē rōnes opinio
ſeminales in animatis cōcedunt: ſed nec ex illis/aut eorundē formis generati
formā naſci admittūt neceſſarias aūt eſſe vt materiā diſponant ⁊ ad recipiē-
dum determinatā formā habilitent: qđ in ceteris que anima carent neceſſa-
riū non eſt: cum ex natura ſua ad vnam ⁊ eiuſdem ſpeciei formā introducen-
dā coartata ſint. Sed nec hic de aīatis tractatū īmiſceri expedit. Cōmunem Opinio Ari-
ſententiā peripateticoꝝ teneamus: qui formas naturales/per agentia natura- ſtotelica.
lia de materie potentia educi affirmant. Diſci. Ex materia igitur fit for
ma: aut ex alio quod in materia preexiſtit? Magiſter. Ex materia fieri for
mā/cōditiones ꝓncipiorū ꝓhibent: ⁊ ſimplicitas forme. Diſci. Ex alio igit̃
Idē ca.8. et.9 in exiſtēti generant̃. Magiſter. Id oīno inficiari nō poſſunt/qui de formaꝝ
inchoatione ſentiūt. Ceteri vero nec p̄exiſtenti aliquo forme eſſentiā ꝯcedūt.
Diſci. Ex nihilo igitur eſt. Magiſter. Ad ſenſum illum/q2 nō aliqua res
Creare et eſt p̄exiſtens forme eſſentiā integrā: nec ob id creari dicet̃ (qđ nō agenti na-
actio nature turali: ſed ſoli deo approp̄riat̃: vti Auguſtinus loco quo ſupra deducit) Hoc
eīn inter actionē naturalē ⁊ creationē intereſſe videtur: q̃tum ad p̄ſens ſuffi-
cit: vt illa ſine ſubiecta materia in qua fiat eſſe nō poſſit: hec autē nullo p̄ſup-
poſito fit ab eo qui ſimul omnia cum nō eſſent oriri iuſſit. Educere igitur for-
mam de potentia materie eſt in educendo materiā forme receptiuā p̄exigere.
Sed hoc ꝓblema relinquētes/que reſtant ſub breuitate ꝑcurramus.

## Si generatio poſſit dici ꝓprie motus. Et ſi introductio forme ſubſtantialis ſit ſucceſſiua: aut forma gradibus eſſentialib⁹ diſtincta? Capitulum XXXV. Diſcipulus.

# De principijs rerum naturalium

NOndū ſi vel inſtantanee aut ſucceſſiue forme fiat inductio ſiue eductio diſſoluiſti. Magiſter. Rurſus operoſam rem aggredi conaris: non attendens quia ad finem non peruenit/ qui omnes qđ conſpicit ſequitur calles: celerius igitur qđ queris diſcutiamus. Diſci. Probe. Magi. Qui formarū ſubſtantialiū eſſe in indiuiſibili cōſtituūt/ eas ſimul totas ſubito generari fateant̄ neceſſe eſt: niſi recipiētis vel agētis diuerſa cōditio/ morā cauſet: Alteratiōes tñ p̄uias ꝛ diſpoſitiuas/ ſucceſſiuas omnes cōcedunt. Poſitionis huius argumentū ex eo ſumit̄: ꝙ ſubſtātia magis ꝛ minꝰ nō ſuſcipit. ſm traditionē Ariſtotelis in cathegorijs. Et Porphyrius: Eſſe inquit vniuſcuiuſqȝ eſt idem nec intenſionē nec remiſſionē ſuſcipiens. Preter hos ſunt nō contemnēde auctoritatis philoſophi ꝛ theologi: qui formas ſubſtantiales in eſſe quidē quiditatiuo indiuiſibiles aſtruūt. nam vt ſic numeris aſſimilant̄. 8. methaphy. rerū ſpecies. Sicut eīm numeroꝝ ſpecies per adiectionē vnitatis variant̄: vt de ternario fit quaternarius adiecta vnitate: ſic rerū quiditates per additionē alicuius qđ poteſt eſſe pars quiditatis ſpeciē mutant: vt rationalitas adueniens animali/ de genere facit ſpeciē ſpecialiſſimā. ſ. hominē. In eſſe aūt indiuiduali formis graduū latitudinem aſſignant: ſm quos ipſas magis ꝛ minus ſuſcipere palam eſt. Id Auerrois de formis elementoꝝ cōceſſit lib. 2. de celo ꝛ mundo. Idem articulus quondā parhiſius condēnatus habere videtur: cuius tenor eſt talis. Item ꝙ incōueniēs eſt ponere aliquos intellectus nobiliores alijs: quia cū illa diuerſitas nō poſſit eſſe ex parte corporū: oportet ꝙ ſit ex parte intelligentiarū: ꝛ ſic anie nobiles et ignobiles eſſent neceſſario diuerſarū ſpecierū: ſicut intelligentie. error: qꝛ ſic anima chriſti nō eſſet nobilior anima iude. Hanc ꝑfectionē prime poſitionis defenſores/ nō in ſubſtantialibus/ ſed accidentalibus: ſaltem ſpūalibus ꝛ cōnaturalibus intelligendū aiunt: ſed cum he ꝑfectiones quantecūqȝ fuerint diuerſarū ſpecierū animas reddere nō poſſint: articulū de talibus nō eſſe poſitum ex tenore ipſius manifeſtū eſt. Qđ vero pro improbatione graduū ſubſtantialiū in mediū fertur (quia cū quilibet gradus anime eſſet anima/ in vno homine eſſent aīe multe/ voluntates multe: quarum vna mereri: altera ſimul demereri poſſet) facillime ex his que Scotus habet lib. j. diſt. xvij q. vltima diſſoluet̄. vbi ait gradum indiuidualē nec eſſe quidditatē: nec partem quidditatis: ſicut nec differentia indiuidualis ꝛ quecūqȝ conditio indiuidualis. Manifeſtat hoc in ternario: cuius ſi vna vnitas intenderet̄: ſm aliquē gradū indiuidualem ternarius augmētaret̄: non autem mutaret̄ ſpecies/ nec plurificarentur vnitates. Non igitur gradus res eſt ea cuius eſt: ſed realitas eiuſdem: ſicut nec differentia indiuidualis. Non igitur ab re determinatum eſt per articulum premiſſum: eos errare qui gradus huiuſcemodi id cui adueniunt in aliam ſpeciem tranſferre opinati ſunt. Diſcipulus. Sicut ergo Joannem non duos homines dicimus: propter naturam ſpecificam ꝛ gradū indiuidualem: ſic nec vnam ſubſtantiā plurificari intelligendū eſt ꝓpter plures gradus ꝑfectionales. Magiſter. Etiam. Sed in illis hoc intereſt: ꝙ differētia indiuidualis contrahit naturā ad eſſe hoc: gradus autē indiuidualis eam ꝑficit. Et tam differentia indiuidualis ꝙ̄ etiam gradus vnum per ſe cum natura conſtituit. Sed hec enucleatius diſcutienda relinquamus his qui in prima philoſophia ingenia habent exercitata. Diſcipulus. Facile ego graduum latitudinem in formis etiam ſubſtantialibus crediderim: cum cuncta in nume

Formarū ſubſtantialiū inductio ſiue generatio.

Ariſtoteles

Porphyrius.

Auerrois

Articulus parhiſienſis

Scotus.

Sap. xj. d

ro/pondere ⁊ mẽſura creata ſacris eloquijs proditũ ſit. Magiſter. Cõmo-
diſſimũ afferes teſtimoniũ. Sic em̃ numerus/pondus ⁊ menſura in ſingulis li
brata ſunt: vt nec duo omnino equalia repiri poſſunt. Diſcipulus. Ad op-
poſita de ſuſceptione magis ⁊ minus: item de intenſione ⁊ remiſſione eſſe rerũ
ex dictis ſufficienter reſponſum eſt. Formarũ ſimplicitatẽ obijcere volebam:
niſi que in ꝑncipio huius ca. de forma digeſta ſunt/memoria exhibuiſſet con-

Formarũ ſubſtantialiũ inductio fit in inſtanti.

tuẽda. Sed nondũ qđ querebã de mora inductionis forme ſubſtantialis ma-
nifeſtũ eſt. Magiſter. Uerũ quidẽ: nam id etiam apud eos qui gradus con-
cedunt in dubium verſum eſt: ꝓſertim ſi huiuſce inductio fiat ab agente natu-
rali: nam virtutem diuinam has formas inducere in inſtanti palam eſt: cum
omnes cauſe ſucceſſionis ex defectu agentis contingãt: qui in deo locũ nõ ha-

Scotus li. 14. diſt. 3. q. 5.

bet. Sic Scotus formã corporis in reſurrectione nouiſſime diei virtute diui-
na in inſtanti induci conceſſit. de eo autẽ qđ tu inquiris ita ait: Si forma ſub-
ſtantialis poſſet ſucceſſiue induci (qđ aliq negãt.) Diſci. Num iam dictum
eſt cauſas ſucceſſionis principalius accedere ꝓpter agentis defectũ? Ma-
giſter. Et adde ꝓpter partes forme inducende: aut ſubiecti recipiẽtis: quaꝝ
vna prius recepit formã ꝙ alia. Diſcipulus. Placet. Cum igitur in formis
ſint partes graduales: nihil ꝓhibet/agẽs naturale debilius huiuſce formas

Generatio et corruptio proprie ſũt mot⁹.

Ariſtoteles

inducere ſucceſſiue. Magiſter. Illo conceſſo quid inferre conaris? Diſci.
Generationẽ ⁊ corruptionẽ eſſe motus: in his em̃ ſufficiens cõtrarietas/vt vi-
ſum eſt: ⁊ terminus partibiliter ⁊ ſucceſſiue acquiſibilis ex iam illatis: quid
igitur obſtat quo minus motus dici poſſint? Magiſter. Id qđ Ariſtoteles
quinto phyſicoꝝ adiecit dicẽs: motũ eſſe ⁊ ſubiecto in ſubiectũ: generationẽ
autẽ a nõ ſubiecto/⁊ corruptionẽ ad non ſubiectum. Diſcipulus. Memini id
in prioribus vẽtilatum eſſe. verũtamen nec hoc omnem generationẽ ⁊ corru-
ptionẽ a motu ſeparabit. Magiſter. Quã non? Diſci. Generationẽ ⁊ cor-
ruptionẽ nõ ſtatim: in quibus vterq; terminoꝝ eſt ſubiectũ: id eſt ens ex mate-
ria ⁊ forma compoſitũ: vt videre eſt in generatione ⁊ corruptione aſini: ſi ani-
ma eius ab agente naturali induceret. Magiſter. Dum ſingula limatius ꝑ-
quirere conaris/nos in proceſſu preter epitomatis leges tardas: facile autẽ
tibi indultum iri/percupidus tuus ſciendi animus ꝑſuadet. Diſci. Ceteris
igitur poſtergatis/tempus videamus. nam ⁊ illud motus naturam conſequi
premiſſorum ordo teſtatur.

## Tempus ſi ſit motus: vel res alia: ꝑ opiniones multas ventilat. Ca. XXXVI. Magi.

Aug. li. 12. cõfeſſionũ.

Motus rerũ tẽpus conſequi: diuus Auguſtinus li. 12. confeſſionũ
inſinuat dicens: Rerũ mutationibus fiunt tẽpora dum variant ⁊
vertuntur ſpecies. Sed circa explicationẽ entitatis tẽporis mul-

Opiniones de tẽpore.

toꝝ deſudauere ingenia. Quidã nãq; tempus primũ mobile dicebant: ꝯtra
quos Ariſtoteles li. 4 phyſicoꝝ aiebat: Dicere tẽpus eſſe vltimã ſpheram/
ſtultius eſt ꝙ de tꝑe ꝯſyderare impoſſibilia. Cum em̃ vltima ſphera ſubſtan-
tia ſit ꝑmanens cuius oẽs ꝑtes ſimul actu exiſtunt: tempus eſſe nequit/cuius
eſſe ſucceſſiuum eſt/omnes partes ſimul actu nõ admittẽs. Fuere plures alij
nõ minus a tramite ꝑhie exorbitãtes: quoꝝ poſitiones ſilẽtio trãſire libet. eo-
rum autẽ qui ſm ꝑhiam locuti ſunt de tꝑe. Quidã ipm̃ rem abſolutã ⁊ ſucceſ-

Ariſtoteles

ſiuã de genere quãtitatis aſtruũt: cũ ⁊ Ariſtoteles tempus per ſe quantitatẽ

libro.5.metaphyſice dicat. Alij tempus quidem rem realem ⁊ ſucceſſiuã con
cedunt:ſed ab entitate motus realiter non diuidunt. Unde ⁊ Auerrois.4.phy Auerrois
ſicorũ. Motus diuiſus per duo inſtantia tempus eſt. Ariſtoteles autem nõ= Aug⁹.lib.11.
nullis rõnibus probare conatus eſt tempus nõ eſſe motũ. Et Aurelius lib.11. confeſ.
confeſ. Nemo inquit mihi dicat celeſtiũ corporũ motus eſſe tempora. Inter Tẽpus nõ eſt
has confligentiũ turmas:tertij ſeſe interponentes ſubtili diſtinctione/ ⁊ tem motus.
pus eſſe quantitatẽ/ ⁊ motum ſaluant: ⁊ quid vltra addat oſtendunt. Eſt autẽ
diſtinctio hec:vt paucis me abſoluã. Motus accipi poteſt primo materiali= Motus tripli
ter/pro forma fluẽte partibiliter acquiſibili:ſic eſt in eodem genere cũ termi citer accipit
no ad quẽ motus. Secundo accipi ſolet formaliter/ pro tranſmutatione ſuc=
ceſſiua de genere paſſionis. Tertio accipi poteſt pro ſucceſſione ſiue duratio=
ne:ſiue pro quantitate ſucceſſiua tranſmutationis paſſiue. aſſimilatur autẽ
hec quãtitas linee in hoc:ꝙ ſolum in longitudinis extenſione diuiditur. Hãc
ipſam quantitatẽ a philoſopho quinto metaphyſice tempus appellatam vo
luit. Hanc etiã Auerrois per duo inſtantia diuiſam/tempus affirmat. Mani Ariſtoteles
feſtum itaqꝫ ex his/tempus a motu primo ⁊ ſecũdo realiter diſtare: ⁊ cum ipſo
tertio modo accepto in idem conuenire. Qui autem tempus omnino cum mo
tu coire contendunt:ſicut duplicem motum:vniuerſalem ſcꝫ qui eſt primi mo=
bilis: ⁊ particularem aliarum rerũ:ſic ⁊ tempus vniuerſale ⁊ particulare diui
dunt. Sic enim dicit durationem motus intrinſecam cuiuſlibet forme in mora
exiſtentis. ⁊ vt Auguſtini ſententiam cum reuerentia (vt decens eſt) decli= Auguſtinus
nent:addunt tempus vniuerſale non eſſe motum particularem:nec econuer=
ſo tempus particulare motum vniuerſalem. vnde Auguſtinus vbi ſupra:
Ceſſante motu celi/rotam figuli moueri/longas breueſqꝫ ſyllabas proferi=
ri poſſe/et horum gyros ⁊ ſonos tempore metiri aſtruit: ⁊ ibidem. Cuiuſdam
voto cum ſol ſtetiſſet ⁊ victor Joſue prelium perageret ſol ſtabat: ſed tem=
pus ibat: per ſuum quippe ſpacium temporis/quod ei ſufficeret illa pugna Joſue.x.
geſta atqꝫ finita eſt. Sunt tamen qui tempus vltra entitatem motus nihil
preter rationem menſure addere intelligunt:et particulares motus vniuer=
ſali ſtante:non tempore actuali (quod vtiqꝫ tunc non eſt) ſed potentiali/ ſicut
⁊ celi quietẽ demetiri poſſe aſſeuerãt. Diſcipulus. Singulas quas de tem=
pore opiniones commemoraſti alta mente repoſui:te autem cuinam harum
aſſentire/ aut quam rem tempus dicere velis hianter expecto. Magiſter.
Auguſtinus cum eſſet tanta acrimonia ingenij preditus/vt omnes libera= Auguſtini
les artes/ nullo hominum tradente intelligeret:vt in quarto confeſſionum acrimonia
libro de ſeipſo refert:enigma hoc enodare cupiens/ ibidem libro vndecimo
in hec verba prorupit: Tempus ſi nemo ex me querat/ſcio: ſi querenti ex=
plicare velim/neſcio. Nouit nimirum extenſionem quandam eſſe tempus: Auguſtinus
ſed qualis et cuiuſuis entis eſſet ſufficienter explicare non potuit. Hinc rur=
ſus ait: Exarſit animus meus noſſe iſtud implicatiſſimum enigma. ⁊ inte=
rim: Confiteor tibi domine me ignorare adhuc quid ſit tempus: libet itaqꝫ
magis idem cum eodem replicare/ꝙ aliquid temere affirmare. Nam ſi in ſu
perficie verborum veritas comprobanda eſſet:quelibet premiſſarum poſi=
tionum defendi/ ⁊ ad alterius obiecta poſſet reſponderi. At vero ſi tempus
ſm completam rationem ſine anima poſſit conſiſtere: ex definitione eiuſdem
manifeſtum erit.

## Definitio temporis explicatur: numerus triplex diſtinguitur. quomodo tempus motum mēſurat: et ſi tempus ſine anima eſſe poſſit. Cap. XXXVII. Diſcipulus.

Tempus Ariſtoteles
Numerus triplex
Tempus motum menſurat

Hanc igit̄ quantocyus exponas. Ma. Tempus vt Ariſtoteles aiebat: eſt numerus totus ſm prius et poſterius. Numerus aūt in triplici differentia deſcribit̄. Eſt enim numerus quidam numerans. et eſt anima. Numerus quo numeramus. vt binarius: ternarius ꝛc. Et numer⁹ numeratus. et ſunt res quas numeramus. vt lapides aut boues. Hic rurſus ſi motus fuerit/poterit et alia numerare ſiue metiri/ſaltem reduplicatiue. vt pars baculi numerata et vlna facta aliquoties replicata/totam ignoti alicuius panni quantitatē notificat/numerat et menſurat. Sic tp̄s ſi numeratum fuerit motum menſurat. vt ſi ſcire volueris quantus ſit motus quo codicē aliquem legendo tranſcurrere poſſis: ipſum parti tp̄is note/vtputa hore applicas: qua aliquotiēs repetita/totū lectionis motū deprehendis. Diſ. Palā loq̄ris. Sed tp̄s a q̄ menſurat̄ et notificat̄? Ma. Tp̄s inq̄unt/a ſuis ptib⁹ q̄ ſunt prius et poſterius: et nunc iterato notū fit: prius aūt et poſteri⁹ in tp̄e ſunt a priore et poſteriore in motu: q̄ rurſus ſunt a p̄ore et poſteriore magnitudinis et mobil̄. Verūtā cū pri⁹ et poſteri⁹ ſine diſcretiōe eē nō poſſint: oīs aūt diſcretio numerū includit: et ab aīa eſt: ipſam q̄ꝗ ſine aīa eſſe nō poſſe neceſſe eſt. Diſcernere equidem eſt diuerſa videre: et vnū non eſſe aliud cognoſcere. Hinc et Ariſtoteles tempus ſine anima non eſſe argumentat̄. Idem et diuus Auguſtinus ſentire videt̄. Sed hec miſſa facientes: alia percurramus

Tp̄s ſine aīa non eſt.
Diſcernere
Ariſtoteles
Auguſtinus

## De nunc temporis quid ſit: ſi vnum tm̄ in toto tempore ſit. Cap. xxxviij. Diſci.

Nunc
Ariſtoteles
Nunc non eſt pars tp̄is

Reſtat vt q̄d per nunc tp̄is inſinuare velis edoceas. Magi. Nunc ſiue inſtans tp̄is inquit Ariſtoteles: eſt menſura eius quod fert̄/ſm q̄ fertur. Id eſt. nunc eſt menſura mutati eſſe in motu mobilis. Sicut enim totus motus toto tp̄e metit̄: ſic indiuiſibile motus quod eſt mutatū eſſe/indiuiſibili tp̄is notificat̄. Diſ. Nunc igitur cū indiuiſibile ſit/pars tp̄is eſſe nequit: ex his q̄ de natura ꝯtinuoꝝ digeſta ſunt. Similiter et mutatum eſſe pars motus nō eſt. Mag. Scite. vn̄ ſicut punctus in linea/ita nunc in tēpore/et mutatū eſſe in motu ſunt. Diſci. Infinita igit̄ ſunt? Mag. Eo modo quo ſupra. Diſ. Quō ergo accipiēdum erit: qd̄ Ariſtotelem vnū et idem nunc ſm ſubſtantiā/ſola ratione differens in tp̄e ꝓbare conatū aiunt? Ma. Fortaſſe eo ſenſu: vt vnūquodꝗ nūc de pluribus ꝯſideratū ſm ſe/ idem ſit in ſubſtantia: ꝯſideratū vero ad partes tp̄is: preteritam ſcȝ et futurā quas continuat/ratione diſtinguit̄. alia enim ratione eſt finis preteriti: alia initiū futuri. Sic et de mutato eſſe in motu. Diſ. Num et id ſuſtineri poſſet quod dicunt: nunc vnū et idem ſuo fluxu in continuū cauſare tempus. Megi. Nequaꝗ̄. Sicut nec ex fluxu puncti in longū linea: nec ex fluxu linee in latū ſupficies: nec ex fluxu ſupficiei in ꝓfundū corpus generat̄. ꝯtinua eīn ex indiuiſibilibus eſſe nō poſſunt. attamē illis imaginationibus manuduci ꝯſueuerunt ea ingenia que mathematicas entitates intelligere nequeunt.

## De Euo et eternitate. Cap. xxxix. Ma.

NReter tempus aũt (quod eſt menſura motuũ: et eoꝝ que dum actu manent/habent exiſtentiã variabilem) ponit̃ euum: quod eſt menſura eoꝝ q̃ dum actu manent habent exiſtentiã inuariabilem/ aut ſaltẽ non variatã. ſicut ſunt angeli et intellectiones eorũdem/et cetere ſubſtã tie create. At vero euum realiter ab angelo non diſtinguitur: nec nunc eui ab euo realiter ſeparatur. Eſt et tertiũ quod ſoli deo attribuit̃: et eternitas dici ſolet. Diſ. Eternitas quid eſt? Mag. Eternitas (vt inquit Boetius li. 5. philoſophice ꝯſolationis proſa ſexta) eſt interminabilis vite tota ſimul et ꝑfecta poſſeſſio. Dicitur aũt perfecta poſſeſſio: vt excludat dependentiã et participationẽ. omnino enim deus independens eſt nullius particeps. de cuius plenitudine omnes accepimus. Et addit̃/tota ſimul: vt ſucceſſionẽ ſemoueat. Succeſſio nempe in eo locũ habere nequit q̃ ſemper eſt: nunq̃ defuit: nec aliquando deerit: apud quem etiã/ vt Jacobus teſtatur/ non eſt tranſmutatio: nec viciſſitudinis obũbratio. De eo aũt ſm nos (inquit Aurelius) bene dicitur/fuit: quia nunq̃ defuit: erit/quia nunq̃ deerit: eſt/quia ſemper eſt. Unde ſequit̃ in definitione: vite interminabilis. ſolus em̃ (vt inquit apl's) deus habet immortalitatẽ: ſʒ de his tractatũ vberiorem theologie reſeruare equum eſt. Diſ. Breui igitur ſermone locũ percurramus. quẽ inter ea que ad motum concurrunt/vltimo ordine commemorabas.

Euum

Eternitas

Boetius.

Job. 1.

Jacobi. 1.

Auguſtin⁹ ſuper Johannẽ

1. Timot. v.

## De loco et eius ſpeciebus. de Uacuo. quõ corpalia in loco ſint: ⁊ ſi idẽ corpus ſimul eſſe poſſit in diuerſis locis: aut duo corpora in eodem loco. Capitulum XL. Magiſter.

LOcum Ariſtoteles definiens ait: Eſt vltima ſupficies corporis cõtinentis immobilis primũ. vt eſt ſupficies concaua aeris circũdantis me. et hec q̃dem eſt loc⁹ materialis. Formalis aũt eſt reſpect⁹ fundatus in locãte et terminatus ad locatũ: quẽadmodum in cathegorijs vi ſum eſt. Diſ. Immobilitatem aũt loci qualem intelligis? Magi. Eam q̃ motui locali opponit̃. Si enim locus moueret̃ localiter per ſe vel ꝑ accidẽs ipſius eſſet alius locus: et rurſus ipſius alius in infinitũ. Inſuper et quieſcẽs moueret̃: cum circa ipſum locus localiter mutaret̃. moueri enim localiter/eſt ſucceſſiue alium et aliũ locum habere. Mobilis tñ eſt loc⁹ corruptiue per accidens ratione ſubiecti. verũtñ qui ſuccedit eſt idem priori: non per realem identitatẽ: ſed equiualentiã/per comparationẽ ad motũ localem. ſic fit vt q̃ localiter eſt immobilis/ſm equiualentiã eſt etiam incorruptibilis. Diſci. Loci ſi que ſint ſpecies ſubiungito. Ma. Locus in ꝓpriũ et communẽ diuiditur. Diſ. Proprius q̃s eſt? Mag. Qui ſm ſe et non ratione alicuius contenti in eo/continet tm̃ vnum locatũ cui adequatus eſt. vt ſuperficies aeris circũdantis me. Diſ. Adequatũ cur dicis: cum locans neceſſario locato maius ſit? Mag. Corpus locans quidem maius eſt locato: non aũt ſupficies locantis que locus dicit̃: hec em̃ cum ſpiſſitudinẽ non habeat/addita locato non maius facit. Diſ. Locus cõmunis qui eſt? Ma. Qui continet loca

Locus

Ariſtoteles

Locus ꝓpri⁹

Locus cõis

ta plura: nõ ꝺm ſe/ſed ratione locoꝛū ꝓpꝛioꝛū in eo cõtentoꝝ. ſic celi vltima

Q̄ō corporalia ſunt ĩ loco.

ſupficies locus eſt oīm. Ueruntñ diuerſitatē eſſendi in loco nullatenus ſilentio pterire opoꝛtet. non eñ oīm idē eſt modus eſſendi in loco: aliter eñ corpoꝛalia: aliter ſpiritualia in loco dicimus. Diſ. Coꝛpoꝛalia qualiter? Ma. Circūſcriptiue ſiue cõmenſuratiue: talia eq̄dem cū quanta ſint/ita a ſupficie ſimiliter quanta coꝛpoꝛis locantis circūſcribunꝫ/ vt totum locatū toti loco cõmenſureꝫ: nec tñ totum cuilibet parti/ſꝫ pars locati parti loci. ita determinate vt (ſicut diximꝰ) locus locato ſit equalis. Quia vero locata coꝛpoꝛa naturalia ſunt: in locū ꝓpꝛium naturaliter ferunꝫ: in quo et quieſcunt et ſeruantur: ob virtutē quandā naturalibus locis a celeſti harmonia inſitā: in aliena aūt loca non niſi cū violentia mouenꝫ/ et detinenꝫ. plana ſunt hec in grauibꝰ et leuibus: quoꝝ alterū naturaliter deoꝛſum/ ſurſum alterū fertur. Diſci. Num coꝛpus huiuſcemodi ſine loco eſſe poſſet: aut locus ſine coꝛpoꝛe? Ma. Poſſet vtiq̄ virtute diuina: ſi deus aliquod taliū extra celum crearet: vbi locus non eſt: aut in celo annihilato aliquo coꝛpoꝛe ſpaciū vacuum relinqueret.

Uacuū q̄d ſit.

Uacuū enim dꝛ locus nõ repletus coꝛpoꝛe: aptus tñ repleri. id natura creata tantū abhoꝛret/vt grauia ſurſum fieri concedat: ne vacuū fiat. patet in aqueductibus. Sic et in clypſedra ſuperioꝛe foꝛamine obſtructo aqua per inferioꝛa non effluit: ſed ſuſpenſa detineꝫ donec aer ſuperioꝛe aperto foꝛamine ſubeat/et locū aque repleat. Diſci. Ita eſſe experientia didici. Sed dic queſo vnū ne coꝛpus pluribus in locis eſſe põt? Mag. Imaginatio que locum et

Hugo

locatū facile ſegregare nequit cõtrariū clamitat: quod etiā multi aſtruere conati ſunt. Doctus aūt Hugo de ſancto Uictoꝛe li. de ſacra. parte. 8. c. 2. id omnipotentie dei nõ adimit/dicens: Qui fecit vt vnū coꝛpus eſſet in vno loco/

Scotus

fecit quõ voluit: et ſi aliter voluiſſet/aliter facere potuiſſet. Ratiõis huiuſcemodi poſſibilitatē ꝓbantes ſi libet/a Scoto lib. 4. diſ. 10. requiras. Nõnulli etiam quod de ſancto Ambroſio legiꝫ in teſtimoniū aſſumunt: qui dum Mediolani ſacris altaribus aſſiſteret: ſimul etiā ſe turone exequijs. s. Martini interfuiſſe teſtatus eſt. Diſ. Difficillimū hoc videtur intellectu. ſimul enim tale coꝛpus in vno loco caleſieret/in alio frigeſieret: in vno cibaretur/in alio eſuriret: in vno ſanum perſiſteret/in alio egrotaret: in vno viueret/in alio deniq̄ moꝛereꝫ: in vno cõburi poſſet/in alio ſaluari. Sic ſi alimentū diuerſis ſimul in locis eſſet: ſimul ab homine et cane ſumereꝫ: ſimulq̄ foꝛma hominis et canis infoꝛmareꝫ. que omnia ꝙ abſurda ſint nemo eſt qui neſciat. Magi. Abſurdiſſima ſunt: ſed ad poſitionē eiuſdem in diuerſis locis minime ſequūtur. prius quippe eſſentialiter ad variationē poſterioꝛis non mutaꝫ. Quecūq̄ igitur abſoluta coꝛpoꝛi aduenjunt in hoc loco/eidem inerunt ipſo ſimul cõſtituto in loco alio. vñ ſi hic comedit/alibi non eſurit: ſi hic ſanū eſt/alibi non infirmaꝫ: ſi hic viuit/alibi non moꝛiꝫ. et ſic de alijs. Qꝫ ſi cõtraria agentia in diuerſis locis patitur: vtputa hic ignē/alibi frigus: idem ſit ac ſi illa coꝛpoꝛi in vno loco tñ exiſtenti applicarenꝫ: nam ab vtroq̄ patitur. niſi alterū alteri foꝛtitudine ſua impedimento fiat. Sic pariformiter dicendum de alimēto in diuerſis locis ab homine et cane comeſto. cuius enim ſtomachus in digerendo foꝛtioꝛ inueniꝫ plus de cõmuni alimento accipit/ſi equaliter ſumunt: quēadmodum ſi duo ſtomachi in vno eodemq̄ loco eſſent. Diſ. Illud ne poſſibile videtur? Magi. Poſſibile. Replere enim locū effectus eſt conſequens dimenſiones. effectus aūt cum alius ſit a cauſa/poterit per diuinā potentiā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

auferri cauſa manente. quemadmodum ſcriptura teſtat̃ factum in igne/ qui Danielis. 4.
proiectis in ſe tribus pueris nihil moleſtie intulit: neq; illos contriſtauit: qm̃
q̃tum ad illos deus calefaciendi vim ſuſpẽdit igne permanẽte. vñ ignis mi-
niſtros regis quos reperit ante fornacẽ qui eam incenderunt cõbuſſit. Di.
Scripturis aſſentior facillime. pferas igit̃ ex his teſtimoniũ de coexiſtentia
duorum corporum in eodẽ loco: et ſatis mihi factũ de hac re fatebor. Ma. Mariã
v̾ginẽ in partu et poſt partũ/ ſicut et ante partũ credis? Diſ. Nihil firmi⁹.
Mag. Similiter igit̃ fuiſſe corpus Jeſu paruuli/ ⁊ virginalis vteri parietes
in natiuitate eius neceſſario credis? Diſ. Firmiter. Magi. Dñm clauſo
ſepulchro reſurrexiſſe eccleſia fatet̃: et ex euãgelio argui põt. Et cũ ſero clau Johannis. xx
ſe eſſent fores vbi erant diſcipuli congregati ꝓpter metum iudeorũ: intrauit
ad eos Jeſus et ſtetit in medio eorũ. teſtatur Joannes. Diſ. Et huic fidem
habeo. de locatione ſpirituali pauca ſubiungas.

## De menſuratione locali ſpiritualium. Capitulum vltimũ. Mag.

Spiritualia creata: que ſunt ſpiritus beati/ angelice ſcʒ ſubſtantie/ a-
nime humane/ et ſpirit⁹ deſertores qui ſunt diaboli: in loco ſunt nõ
circũſcriptiue ſiue cõmenſuratiue: cum quantitatis dimẽſiones nul
las habeant: ſed preſentialiter et definitiue per exhibitionem ſue preſentie ſic
ibi ꝙ non alibi. Cum eñ ſint virtutis limitate (quia creature) vbiq; eſſe ne-
queunt: nec in locis pluribus ſimul: niſi deo iubente et faciẽte. Vñ cum ange- Damaſcenus
li ſunt in celo/ nõ ſunt in terra. inquit Damaſcenus lib. 1. Nec põt angelus eſ
ſe in loco quantũcunq; magno: eo ꝙ nõ in infinito/ ſed determinato et finito:
⁊ fortaſſe in indiuiſibili. niſi daret̃ ratio euidens cur ſe preſentẽ exhibere poſ
ſit diuiſibili et nõ indiuiſibili. Diſci. Plures ne ſimul eſſe poſſunt? Magi.
Jta Richardus. 4. de trini. habere videt̃. adducens quod in euangelio legi- Richardus
mus de obſeſſo per legionem demonũ. Legio aũt continet. 6666. Auctorita-
tes ſi que angelo locũ negare videntur/ intelligende ſunt de loco circumſcri
ptiuo. Queſtiones ceteras cũ opiniõibus multis nunc diſcutiendas nõ ſuſci
pimus. De anima vero quõ inſit corpori/ in ſequentibus loco ſuo pandetur.
Diſ. De increato aũt ſpiritu quem deũ intelligimus/ quid aſtruis? Magi. Deus vbiq;
Ob ſui infinitatẽ vbiq; eſt. ipſo teſtante per Hieremiã: Celum et terrã ego Hiere. 24.
impleo. Et propheta regius de ipſo loquens ait: Si aſcẽdero in celum/ tu il- Pſ. 138.
lic es: ſi deſcendero in infernũ/ ades. ⁊ vt apl's Athenienſibus in concione di Actuum. 17.
cebat: Deus nõ longe eſt ab vno quoq; noſtrum. Jn ipſo enim viuimus ⁊ mo
uemur et ſumus. Diſci. Fortaſſe non multũ ab hac veritate aberat Poeta Vergilius. 1.
cum diceret: Jouis omnia plena. Magi. Nemo ſapiens gentium philoſo- Eneid.
phos omnino a veritate alienos exiſtimat. Nam diuus Aug. lib. 4. de trini. Auguſtinus
c. 15. dicit nonnullos eorum potuiſſe aciem mentis vltra omnem creaturam
tranſmittere: et lucem incommutabilis veritatis quantulacunq; ex parte cõ-
tingere. Sed de his alio loco. nos quod cepimus proſequamur. Diſ. Pro-
be. Verum ne huius libri immoderatius progrediatur longitudo: quod reli-
quum eſt/ ab alio volumine commodius ordiemur. Magiſter. Ut lubet
preſto ſum.

Finis octaui libri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN